

II
1185







M. 1, 47.

R. M. 1, 41.

Vita Friedr. Wilh. Hofschü ab ipso Scripta
excerpta ex Biedermann. Actis Scholast. Tom: III. p. 21.

1. Infans infirmæ valetudinis, quartana aliisque morbis vexatus.
2. a septimo anno diligens et bonæ mentis discipulus, jugumque nouereale passus.
3. a XXI^{mo} anno fundamentis Philosophiæ, Theologiæ et juris prudentiæ, cum priuatae tum publicæ bene positus, felix peregrinator in Gallia, Italia, Hollandia, Germania.
4. ab a^o: XXVI. felix ac bonus maritus, foecundusque genitor.
5. ab a^o: XXX aulicus modestus, et in negotiis Status totus, principi publicoque supra vires inserviando tantum non consumtus.
6. ab a^o: XL. afflicta valetudine. ab aulae et mundi vanitatibus semotus, veritatis et virtutis studiosus fuit.
7. ab a^o: XLVI. ob veritatis et pacis Studium ab asinis calcitratus, et dente maligno impetitus, paruum abfuit, quin martyrii gloria mactarer.

M. 1, 47.

De h
schiu
hypo
: ver
pau
Bot. d
W. f
Grit
Grit.
+ di
Plu
rior: p
plari

F

Autor
pisg
defen
vid.
Tom
büch
tred
gure
fo
wä
freig
fou
Gob
fou
Dou
ze
Nato
Gold
Dor

De hoc pestilentissimo libello atheistico |: cuius autor ^{F. V.} Sto-
schius, Secretar. Berolin: | in quo colluvies omnium periculosar:
hypothesium, in unum quasi systema redacta continetur.

|: verba st Caspar: Sagittarii: | vid: plur: Wilh. Eruyl Eruyl, in
suum mouat. Lutrood. de ao. 1694. p. 353. seqq. In eo p. 356. phre-
bot. der Autor gebe gottelästlich. von. daß Gott in die Natur ein
Wesen sey; das Gesetz der Natur auch vornehm; in lauge die Got-
theit Christi, in daß ihu für einen gewöhnlichen Gott: in lauge die
heil. Geist, in daß die Wiederkunft; das jüngste Gericht, in ewige fre-
e, die güte in bösen fugel. e

Pluribus de hoc libello disserit Joh: Voigt, in Catalogo suo libror. ra-
rior: p. m. 208. ubi inter alia, sequentes, ab Autore, cuidam Exem-
plari, inscriptos versiculos annotavit.

Ad Librum a Ministerio damnatum.

A. Parve liber, quid enim peccasti, dente sinistro
quod te discerptum turba sacrata velit?

R. Invisum dixi verum, propterea quod et olim
Vel Domino letho turba sacrata dedit.

Autor cum turbas maximas hoc libro, Berolini dedisset, Princi-
pisq. sui gratia excidisset, Apologia duplici innocentiam suam
defendere conatus est; cuius a. Exemplar nondum mihi obvenit.

vid. m. de hoc libro. D. Gotze Mordwundigt. Der Nou. Verord. Biblioth.
Tom. II. p. 127. no. 156. alio et alio phrebot: die das faste vart aber gottel-
büch, in zu Berlin, in nicht zu Austri. Sayauß gedeutet, in nicht auch den Titel. In-
troduction ad Philosophiam moralem. Der Verfasser ist J. J. Wilh. Stadius
grewer, so als Hofrath, in J. J. Eruyl Secretar. no. 1707 zu Berlin gestorben.
Es hat nicht viel gefehlet, es in durch die Mitgabucht, nicht unglück. worden
wäre, factumal in. um das Jahr 1694. von der Geistlichkeit daselbst augt-
fichten, in Commission von Walth. in Geistl. der Lutherschen in Refor-
mation Religion widergefehet, in das buch, bey 500 Thlr. Strafe, zu behalten, in
Golon worden. D. Wauer ist selbst in beifügen in dieser Commission gewer-
den; welche der Autor das Atheismi beschuldiget, in seinem Disput. in
der Arrest gebracht, in ob er sich wol nicht unter demselben Schutzphre-
ze widerwidigen gesucht, zu widerwärtigen gezwungen. In Jenzels Mon-
Lutrood. I. supra c. wird auch furch. von diesem verdammten Buche gey-
delt, in Sargothau, in 1706 des Spinoza Grundregeln vornehmlich, das in
der hoch. Schrift über einen Säusen werft, die Gottheit Christi, in freizait

Das Manuskripts, die Feigheit der Drafen Sprache, in das Manuskripts der
Dialekt der besten, nicht mehr in der Sprache, als eine subtilere Maschine von
einer gröblichen, in eine künstliche von einem besten. In der Addition
1. J. mentis ist nicht nur der Struktur des Buchs, sondern der Natur, J. mundi ex
2. O atomis per similitudinem compositionis libri artificialis ex literis
3. O explicata: ungenügend. Uebersetzung aus dem französischen von dem
4. O Zedern, in dem Feigheit der Drafen der besten. In der Addition
5. O sind die besten fallen, nicht nur von einem besten. ex. gr. daß die
6. O sind nicht irgendwelche geistigen; es sind Exempel, wie ein bester, so
7. O tönen: es sind die besten Israel die besten Gelehrte zu fallen von dem besten,
8. O das Manuskripts der besten, es sind die besten in der besten, als
9. O daß der noch Gott also formirt worden, es sind die besten in der besten, was man
10. O die besten Buch, mit der besten Abgabe der besten, es sind die besten Exem-
11. O plar davon, daß sie geistigen, man nicht ohne die besten, die besten in der besten
12. O befaßt. v. sata: Bibliothek: Reimm: p. 992. S. Joh: Voigt, l. supra citat:
13. O J'ai vu un Exemplaire du Livre de Stossius de Concordia rat: et fidei,
14. O 6. Voici ce que j'ai trouvé à la fin écrit de sa propre main. Libri
15. O per quos in veritatis studio et solida scientia plurimum profeci, J.
16. O Grotius de Verit: Rel: Christiana. Id. de Jure Belli et Pacis.
17. O Puffendorf. Hobbes. Spinoza. In scientia naturali. Broeckhausen.
18. O Cram. Cartesius. Verulamius. Gassendi. Malbranche. in Philosoph:
19. O Burnet. Liberum de Sto Amore. Epistola. Ruarus. in Theologicis.
20. O v. Recueil de Litterat. de Philos. et d' Histoire. 12. Amst. 1730. p. 22.
21. O Auctor huj: infamis libelli est Frid. Wilh: Stossius Ser: El: Brand.
22. O ab Epistolis, cui erat Homonymus, atq: hic suo jumento sibi: ipsi
23. O multa accessivit mala. A Theologis Berolinens. Atheismi reus
24. O factus, et ab Electore de sparta de mandata dejectus. Neg hoc te-
25. O mere, si qd in nobis est judici. Tota n. hæc massa Atheismi fer-
26. O mento est infecta, quod in Historia Atheismi docuimus, et Spino-
27. O zæ, Hobbesii, aliorumq: Pseudodocor: funestis spumis ita coin-
28. O quinata ut scriptis minime salubribus annumerari oio mereat.
29. O vid. Jac: Frid. Reimanni Biblioth: Theolog: p. 992.

CONCORDIA
RATIONIS & FIDEI,

Sive

Harmonia Philosophiæ Mora-
lis & Religionis Chri-
stianæ.

Amstelodami, Anno 1692.

Woude
ine van
Addita-
di ex
x literis
noign
litament:
B die
fal so yn
buiden,
acht, als
fat van
Exem-
die Ma?
citit:
fidei,
Libri
ofeci, St.
nausen.
oph:
gicis.
p. 22.
Brand-
im: ipsi
ni reus
hoc te-
sni fer-
et Spino-
ita coin-
o mereat

v. *Documenta.*



№ 1185



Prefatio ad Lectorem.

IN Benevole Lector the-
ses aliquot Philosophi-
co Theologicas ex di-
versarum opinionum Autori-
bus particulatim haustas &
quatenus conspirare visæ, in or-
dinem aliquem digestas,

Earum exprimendarum sco-
pus haud alius fuit, quam ut ex-
perimentum facerem & ede-
rem, Rationem & Fidem, sive
Philosophiam & Religionem
Christianam ita conciliari con-
nectique posse, ne altera alteri
contradicat.

Quoniam enim Deus Autor

5
1.
2
3
4
5
6
7
utriusque esse supponitur, & à se
dissentire nequit, Scripturam Sa-
cram utpote ortu Philosophiâ
posteriorem ità interpretandam
esse persuasus sum, ne huic con-
tradicat, licet plura rationi igno-
ta, attamen non aduersa nec
contradictoria tradere possit.
Ne horreas, quæso, Amice Le-
ctor, quod de Sacrae Scripturae
auctoritate, idem quod Hobbes,
Pereire, Spinosa, Odiosa multis
nomina, & plerique Papistarum
tulere, iudicium fero, ac alia
quædam paradoxa sustineo.
Magna enim est vis veritatis, &
rumpendus mihi fuit nodus Gor-
dius, quandoquidem omnis ve-
ritatem indagandi & ex infinitis
dubi-

dubiis eluctandi via præcludi-
tur, si Sacrum Codicem, omnes-
que ejus phrasés, & enunciatio-
nes digito Dei scriptas, & Philo-
sophiam secundum quævis ef-
fata Scriptorum Sacrorum co-
gendam esse supponatur. De
cetero scias, me nihil contra Fi-
dem Catholicam Christianam,
quam Symbolo Apostolico, De-
calogo & Oratione Dominica
suffICIENTER ad salutem compre-
hendi certus sum, attulisse, &
præterea nil statuere voluisse,
quàm quod evidentibus Sacrae
Scripturae dictis absque dubio &
rationis repugnantia afferere
potui. Unde factum, ut à ter-
minis & phrasibus Theologo-

5
1.
2
3
4
5
6
7
rum Scholasticorum, mihi cete-
roquin non ignotis, studio absti-
nuerim, quos qui adhibere ge-
stit videat, ut eos sic definiat, ne
Charybdim evitare volens inci-
dat in Scyllam.

Et què enim periculofum mi-
hi esse videtur in rebus fidei ni-
mis, quàm minus ac par est, di-
cere; & tutissima mihi femper
via visa, nullis aliis, quam Scrip-
turæ dictis, & quidem talibus
uti, quæ præ aliis clariora & fide
digniora sunt. Simplex enim
ac Rationalis, & intra limites
terminorum & phrasium Sacrae
Scripturæ permanens Fides est
Verissima Fides. Cœtca, & quæ
rationi aduersa est, merito cor-
datis

dati quibuscunque suspecta
est. Unum Te rogo, Benevo-
le Lector, ne ex unâ vel alterâ
sententia me sectæ alicujus asse-
clam esse suspiceris. Nulli ad-
dictus sum, & liberò, omnibus-
que præjudiciis vacuò judiciò in
Philosophiâ & infucatâ Religi-
one Christianâ acquiesco, id ma-
ximè operam dans, ut vitæ inte-
gritate magis, quam Scholasticæ
Theologiæ scientiâ me Christi-
anum probem. Nec adversum
mihi erit, si fundamento, quod
amplexus sum, superstruas: Ca-
ve modò, ne additamenta Tua,
& Te & alios conjiciant in laby-
rinthum dubiorum, nec inferant
Thritheismum aliasque Divinæ

5
1.
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

naturæ & sanæ rationi adversas
opiniones, quas amplecti Deus
nullô modo voluit. Duo, quæ
inter alia in thesibus meis ani-
madvertes, paradoxa subjun-
ctis appendicibus lâtius expli-
cui. Eandem reliquis impen-
dere industriam nec vacavit, nec
opus visum, cum allegati Auto-
res aliique id satis executi fue-
rint. Quicquid tandem Tibi
visum fuerit, id testeris oportet,
scripti mei scopum eundem es-
se, qui omnium Christianorum,
nimirum Deum noscere, &
quem misit, Dominum No-
strum Jesum Christum, Ei fidem
habere, obedire, & sperare ab Eo
promissa. Sed modum inter-
pre-

pre
ver
esse
De
qua
mu
nor
tis
cor
(qu
salt
pita
stru
nor
pug
is a
ped
les
stre

pretandi Scripturam Sacram ob
veritatis & puræ fidei amorem
esse quandoque paradoxon.
Denique si quis fortè alius,
quam cui hoc scriptum com-
municavi, in illud inciderit, &
non satis perpensis & examina-
tis thesibus meis, ac præjudiciis
contra allegatos à me autores,
(quos fortè nunquam, vel obiter
saltem inspexit;) plenus præci-
pitanter paradoxa mea in fini-
strum sensum rapere, ac odiosis
nominibus proscindere aut op-
pugnare in animum induxerit,
is à me non aliud responsum ex-
pectet, quàm quod olim Apel-
les futuri de vultûs picturâ fini-
stre sentienti oggeffit, & ego post

A s care-

5
1.
2
3
carecta latens recoquo: Ne Su-
tor ultra crepidam. Solidè ve-
rò & humaniter monituris sa-
lutem dico plurimam, pluri-
mumque debebo.

4
5
6
7
Adiamenta.



Pro-

I
nir
jud
fen
Fid
oru
rela

Oc
cur
non
Cr
fini
qu
nar
loc
cep
e. g
huc
qui



Proemium.

Duo sunt modi, quibus homini ad rerum cognitionem pervenire licet, Ratio & Fides. Ratio est iudicium de rebus quas propriis sensibus & experientia percipimus. Fides est iudicium de rebus quas aliorum fide dignorum testimoniô & relatione percipimus.

Distinguitur Fides in Cœcam & Oculatam, sed æquivocè. Nam cum Cœca Fides non sit iudicium, non potest esse species Fidei, sed est Credulitas. Oculata Fides ex definitione Fidei patet. Distinguitur quoque Fides in Divinam & Humanam. Verùm cum Deum aliquid loquutum esse aut credendum præcepisse non nisi testimoniô hominis e. g. Mosis, innotescat, fides omnis humana est, & iudicium penes illos quibus res credenda proponitur

utrum

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

utrum persona sit fide digna & res
credibilis?

Ad quæstionem, An Ratio in
contradictoriis debeat cedere Fidei,
an Fides Rationi? Respondetur, Ra-
tionem naturâ suâ præstantiorem &
certiorem esse fide, quia ratio expe-
rientiâ propriâ nititur, Fides alienâ
sæpius vel fallaci vel erroneâ. Equi-
dem est Fides valdè necessaria, quia
ubique præsentis esse nequimus,
nec omnia omni tempore & statu
ipsi cognoscere & experiri. Hinc
Discipuli & Simplices, quorum ma-
xima pars in mundo, oportet crede-
re, & absentes fide dignis fidem
adhibere, utpote quâ omnis scien-
tia historica nititur. Sed semper
videndum & judicandum cui cre-
damus & quid credendum propo-
natur; Ceteroquin qui facile cuiq;
credit, facilè decipitur, nec unquam,
ad-

admittendū, quod contradictionem involvit, quia hoc ratio prohibet, & Revelatio non poscit, e. g. si quis dicat se eodem tempore & modo fuisse hic & alibi, vel quatuor esse quinque. Quicquid enim est fidei, id solā ratione nititur, cum sola ratio nos doceat quis sit Revelationis aliis factæ sensus. Vide Clerici Logicam part. 2. c. 10. de Fide.

Hinc patet Celeberrimum & Doctissimum ceteroquin Huetium in Libro nuper edito de Concordia Rationis & Fidei, vi aliquā majore quàm est ratiocinium nempe metu offendendæ Ecclesiæ Romanæ eò delatum esse, ut Rationem in Contradictoriis Fidei submittendam esse statueret. Absque hoc enim si esset, quomodo Transubstantiationem & alia Pontificiorum ejusmodi generis dogmata propugnare pos-

posset. Nec quicquam hominem
ratione utentem movere debet ar-
gumentum quod idem Autor ad
illustranda Romanæ Ecclesiæ dog-
mata ex veterum Philosophorum
& Poetarum Ethnicorum monu-
mentis magno studio & labore con-
quisitum adduxit. Tantum enim
abest, ut opiniones Veterum Ethni-
corum mysteriosis Romanæ Eccle-
siæ dogmatibus majorem fidem
concilient, ut potius ansam præbe-
ant suspicandi, Christianam Religi-
onem à Romanis admissam non ri-
tibus solum, sed & dogmatibus
Ethnicis adulteratam & commix-
tam fuisse, quod alii clarè demon-
strarunt.

Quicquid igitur Homo scientiæ
& cognitionis habet, id Ratione vel
Fide assequitur: Ratione Philoso-
phiam, & Fide Historiam, Religio-
nem.

nem
Nos
Mor
fit ha
ta

v.



nemque Revelatam amplectens,
Nos, ut pateat, quæ Philosophiæ
Moralis & Theologiæ Christianæ
sit harmonia, utriusque fundamen-
ta paucis scrutabimur & o-
stendemus.

v. *Aditamenta,*



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

Introducō ad Philo-
sophiam Moralem,

Index Caputum.

Cap. I.

De Deo Mundo & Ho-
mine in genere. p. 1

Cap. II.

De Scientiis quæ cadunt
in hominem. p. 4

Cap. III.

De Homine se ipsum co-
gnoscente, quoad
corpus & animam. p. 9

Cap.

Cap. IV.

De Actionibus hominis
& principiis actio-
num moralium & de
Imputativitate. *p. 23. pt 97.*

Cap. V.

De Bono & Malo, deque
Hominis Vero &
Summô Bono & Vero
ac Summô malô. *p. 38.*

Cap. VI.

De Philosophia morali &
Lege Naturæ. *p. 56*

Cap. VII.

De Officiis Hominis erga
Deum. *p. 63*

B

Cap.


Cap. VIII.
De Officiis Hominis erga
seipsum. p. 67

Cap. IX.
De Officiis Hominis erga
alios. p. 70

Appendix de Anima. p. 71

Appendix de Poenis Di-
vinis. p. 85

Fundamentum & Ele-
menta Religionis
Christianæ. p. 97.



In

De

P

v. 28
tem
Se a
func
re p
victu
etile
cietat
Unc
tant
certo
Nec
diut
exist

*Introductionis ad Philosophi-
am Moralem.*

Caput I.

De Deo Mundo & Ho-
mine in genere.

§ I.

Primum, quod homo Philosophiæ studiosus clarè percipere potest, est: Se cogitare, se esse: Se esse non à se ipso, sed ab alio & in alio Act. 17. v. 28. se non per se subsistere, sed esse partem Universi, appendicem Coeli & Terræ: Se adhærere Orbi terrarum, se circumfundi aëre, sine quo ne momentum spirare possit: Se non posse subsistere absque victu, amictu, domiciliô, variâ suppellectile contra injurias aëris necessariâ, Societate sui similium, & multis aliis rebus: Uno verbo: Se esse rem finitam, cogitantem & extensam & determinatam ad certo modo existendum & operandum; Nec esse in sua potestate prius, alitér, aut diutius existere & operari, quàm revera existit & operatur, cùm & existentia &



set operan
wm

operatio sua dependeant ab aliis causis & objectis, quæ se ad existendum/determinant. Id quod infinitis argumentis & exemplis demonstrari posset.

§ 2.

Homo hæc contemplatione existentia suæ quodammodo gnarus, vidensque infinitas alias res sui similes, & diversas, Earum connexionem, ordinem & motum, non potest non concludere, præter se esse complexum infinitarum aliarum rerum non a se ipsis existentium, sed ab alio & a se invicem dependentium & creatarum, sive esse totum constans infinitis partibus iustò ordine dispositis & cohærentibus quod Vocatur Mundus.

§ 3.

Homo considerans quasdam partes mundi oriri, quasdam interire, aliasque aliis succedere, illasque, quæ permanent, moveri tamen locò, iustò & stato ordine non potest non concludere, dari Causam primam omnium rerum, sive Mundi Creatorem & Architectum, Motorem & Rectorem, qui est Deus, hoc est Ens perfectissimum, à quo omnia sunt, cum ipse non sit nisi à seipso, Unica & sola substantia

tia
sub
duc
stan
nor
sciu
Act.
tans
tum
quo
eum
tum
nur
um
du
tur
ner
sum

tem
De
affe
hor
piti

tia (quia nemo præter ipsum à se & per se
 subsistit, nec substantia substantiam pro-
 ducere potest, quoniam producta sub-
 stantia non esset a se & per se, adeoque
 non substantia) Infinitus, æternus, omni-
 scius, omnipotens, omnia in se continens
 Act. 17. v. 28. *Beatissimus, infinitum cogi-*
 tans & extensum; cum nullum attribu-
 tum reale in rerum natura concipi possit,
 quod non, cum à Deo proficiscatur, ad
 eum referri debeat, sed eminens, infini-
 tum, hoc est summè perfectum & æter-
 num, quandoquidem nihil est quod De-
 um sive ad existendum sive ad cogitan-
 dum determinet; Adeoque nihil a crea-
 tura rationali magis esse admirandum, ve-
 nerandum, colendum, quàm Ens illud
 summum & perfectissimum.

Rom II. v. 30

§ 4.

Cum igitur omnia, quæ homo con-
 templari & intelligere potest, arguant vel
 Deum vel mundum, vel partes Mundi, &
 affectiones partium mundi patet, Omnem
 hominis cognitionem & scientiam, his ca-
 pitibus absolvi. *vid. Additamenta.*

Cap. II.

De Scientiis quæ cadunt
in hominem.

§ I.

Homo contemplans & colens Deum
secundum dictamen luminis congeni-
ti sive rationis, est Theologus Naturalis.

§ 2.

Homo cognoscens Deum ex S. Scri-
ptura & colens eum secundum leges ibi
præscriptas est Theologus Christianus.

§ 3.

Homo contemplans & observans
siderum motum, & quæ inde dependent,
est Astronomus & quatenus exinde con-
jecturas operationum eorum colligit,
Astrologus.

§ 4.

Homo considerans rerum quantita-
tem, extensionem, dimensiones, disposi-
tiones, motum, numerum, proportiones,
figuras &c; est Mathematicus.

§ 5.

§ 5.

Homo sciens naturam causamque rerum earumque proprietatum & qualitatum est Physicus.

§ 6.

Homo gnarus naturæ humanæ & Medicæ artis est Physico-Medicus.

§ 7.

Homo quatenus ingenium, animus, actiones & officia hominis didicit & observat est Ethicus.

§ 8.

Homo quatenus statum, commoda & officia familiæ suæ novit & promovet, est Oeconomus.

§ 9.

Homo quatenus compagem & commoda Societatis Civilis officiaque imperantium & parentiam, Civiumque inter se callét & dirigit, est Politicus & Juris prudens.

§ 10.

Homo quatenus descriptiones Orbis Terrarum & historiam actionum, consiliorum eventuumque cùm humanorum

tum aliorum quorumvis, quæ in mundo contingunt, tenet, est Geographus & Historicus.

§ II.

Quatenus fermocinandi & scribendi artem variasque linguas callet, est Grammaticus & Rhetor, Poëta.

§ 12.

Quatenus cogitandi & ratiocinandi regulas didicit Logicus Artificialis: Logica enim naturalis & usualis, h. e. Mens cogitandi potens & meditationibus assueta est omnium optima. Vid: Reals de Viennâ & Clerici Logica.

§ 13.

Homo artifex & Mechanicus, qualiscunque ille sit, est Mathematicus particularis.

§ 14.

Reliquæ scientiarum & artium species ex prædictis generalibus sequuntur vel earum partes speciales sunt, quas quò magis quis scit eò est Sapientior. Specialia nomina Scientiarum & artium vide in Henrici Cornelii Agrippæ libro de Incertitudine & Vanitate Scientiarum & Artium

§ 15.

scipl
loso
tia o
noti
Meta
quar
tum

igno
ritus
imm
que
Spiri
lum
pot
pro
telli
non
atas
vit
tioc
us
run
reru



§ 15.

Metaphysica non est particularis disciplina vel scientiæ species, sed inter Philosophica latet: Unaquæque enim scientia opus habet terminis generalibus sive notionibus secundis, ex quibus Vulgaris Metaphysica conflata est, quæ vix aliud est, quàm Lexicon terminorum & axiomatum generalium.

§ 16.

Pneumaticam homo nescit, quia ignorat & definire non potest quid sit Spiritus. Dicere enim quod sit substantia immaterialis, est dicere, quid non sit: adeoque Angelos & Dæmones dari, qui sint Spiritus. h. e. res immateriales, homo per lumen rationis nec affirmare nec negare potest. Etsi enim Causam Primam Deum pro modulo ingenii sui aliquantisper intelligere & ratiocinando intueri possit, non tamen noscere potest omnes res creatas in cœlo mari & terrâ. Nec alias novit quàm quæ in sensus incurrunt vel ratiocinio intelligere ac noscere potest: Deus enim Ens est quod proprietates Corporum & Spirituum, & fortè plurium aliarum rerum, quæ nos latent, complectitur Vide

B 5

Logi-

Logicam Clerici, lib, I. c. 8. §. 5. item ejus
Pneumaticam. | v. *Addimenta*

§ 17.

cur omittis
clara testi-
monia?
v. *Additam*

Quæ de Angelis & Dæmonibus tam
in S. Scripturâ quam historiâ humanâ tra-
duntur, sunt partim somnia, partim visio-
nes, sive apparitiones, partim phantasma-
ta, partim morbi, partim figmenta & il-
lusiones." Sæpius quoque ideæ hominis
bonæ pro Angelis, malæ pro dæmonibus
accipiuntur, vel ex falsâ persuasione vel
ex superstitione & metu. Unde illæ phrasæ:
Ein guter Geist hat mich regiret: Der
Teuffel hat mich geritten: Vide Hob-
bes. Leviathan. Clerici Pneumatologiam.
v. *Addimenta*.

§ 18.

Diabolus in Ethica nihil aliud est,
quam pertinacia in damnum proprium
vel alienum agendi, absque illecebris Car-
nis vel mundi sive gloriæ vanæ: quæ est
omnium idearum sive cogitationum hu-
manorum pessima. Vide Geulingii Ethi-
cam.

Cap.

Cap. III.

De Homine seipsum co-
gnoscente, quoad cor-
pus & animam.

§ I.

INter omnes creaturas homo se nihil
præstantius novit: Est enim Animal hu-
manâ ratione præditum, in quo confide-
randa distinctè

1. Corporis structura.
2. Vita sive anima.
3. Sensus.
4. Imaginatio.
5. Memoria & Reminiscentia.
6. Intellectus, iudicium, ratiocinatio.
7. Mens & cogitatio humana.
8. Voluntas.
9. Affectus & passiones.

§ 2.

Corpus hominis in genere spectatum
est machina infinitis organis & canalibus
constans, in quibus succi fermentati & cir-
cumacti vitam functionesque humanas
pro-

ius
am
ra-
o-
a-
il-
nis
ous
vel
es:
er
b-
m.
est,
m
ar-
est
u-
ni-
p.

producunt & operantur. Craan de Ho-
mine pag. 2.

§ 3.

Vita sive anima hominis consistit in legitima fermentatione sanguinis & humorum rite per canales integros fluentium variasque operationes tam voluntarias quam involuntarias producentium. Hinc quoque facile colligi potest quid sit Sanitas, quid morbus, quid mors, nimirum legitima fermentatio &c. depravata fermentatio &c. cessans fermentatio & fluxus &c. Craan de Homine p. 241.

§ 4.

Sensus hominis sunt motus ab objectis externis impressi fibrillis nervorum hinc inde per membranas dispersorum delati ad cerebrum, ubi pro diversitate organorum, objectorum & motus diversas imagines sive perceptiones formant.

§ 5.

Imaginatio est sensus internus in cerebro sedem habens, imagines à sensibus excitatas recipiens, & menti repræsentans, sive est perceptio objectorum extrinsecorum. Vide Clerici Pneumaticam.

§ 6.

§ 6.

Memoria est continuatio; & Reminiscencia est restauratio imaginum à sensibus ad imaginationem delatarum; sive continuatio & repetitio motus prioris, qui imaginem in cerebro formaverat, vi spirituum animalium eodem modo ad impressa vestigia fluentium facta, primamque imaginem vel conservans vel restaurans. Vide Craan de homine.

§ 7.

Mens est melior pars hominis, quã cogitat constans cerebro & infinitis ejus organis variè modificatis, affluxû & circulatione materiae subtilis itidem diversimodè modificatae, tam per organa cerebri, quàm impulsû idearum, sensuum, objectorum &c. &c. Vide Appendicem de anima.

Cogitatio est actus vel effectus mentis motæ ad considerationem idearum sive objectorum. Idea est objectum immediatum mentis cogitationisque sive sit Imago sive cogitatio præcedens. Sive est narratio aut historia mentalis rerum objectarum. Estque omnis idea adventitia, nulla innata, quod probatur exemplo coeci & surdi nati, item hominis inter bestias educati. Vide Gassendi dubia & instantias contra Cartesium. § 8,

§ 8.

Simplex idearum perceptio est Intel-
ligentia sive Intellectus.

§ 9.

Earum compositio & disjunctio vo-
catur Judicium.

§ 10.

Plurium enunciationum compositio
vel disjunctio, vocatur Ratiocinatio.

§ 11.

Voluntas & Noluntas sunt actus
mentis quibus homo movetur ad sectan-
dum bonum & fugiendum malum, item
ad profundius cogitandum vel acqui-
escendum in cognitione imperfectâ. *v. Addit.*

§ 12.

Sensus, Imaginatio, Memoria, Intel-
lectus & Voluntas non sunt realiter distin-
cti, sed per abstractionem tantum tam in-
ter se quam a mente humana distinguun-
tur, ac tanquam ejusdem mentis diversæ
operationes considerantur, Vid. Gassendi.
D, & O. c. C.

§ 13.

Affectus in genere sunt commotio-
nes

nes
ent
min
mag
coru
pro
rum
ptio
indio
cti q
tuos
eâde
& h
dele
sunt
nes.
ab a
titur

adfe
trari
tura
hum
ficiu

sive

nes animi cogitationi hominis superveni-
entes & voluntatem ejus intendentes vel
minuentes, orti a sanguine & humoribus
magis vel minus fermentatis, fluxuque
eorum vel aucto vel diminuto. Suntque
pro varietate temperamenti & ingenio-
rum humanorum in uno homine prom-
ptiores & vehementiores quam in altero,
indicantque magis constitutionem subje-
cti quam objecti e. g. Homo multo spiri-
tuosoque spermate abundans à foeminâ
eâdem magis afficietur, quàm frigidior &c.
& homo ratione pollens scientiis magis
delectabitur quàm stupidior. Affectus
sunt vel affectus in specie dicti, vel Passio-
nes. Illi ab animo prodeunt ut ira: Hæ
ab animo recipiuntur uti metus qui incu-
titur.

§ 14.

Omnes affectus qui homini lætitiâ
adferunt, sunt naturaliter boni. E con-
trario qui cum tristitiâ conjuncti, sunt na-
turaliter mali, quia illi potentiam mentis
humanæ sive animum ejus augent, hi de-
ficiunt.

§ 15.

Omnes affectus sive naturaliter boni
sive mali, si recto hominis judicio super-
veni-

veniunt, moraliter sunt boni, si pravo, mali. Sic homo poenitentiam affectus ob peccatum naturaliter patitur, sed moraliter, excitatur ad meliorem vitam. Sic gaudium Catholicorum ob extirpatam Religionem Reformatam in Gallia est naturaliter bonus affectus, quia eos recreat, animumque addit, sed moraliter malus quia rationi contrarius &c.

§ 16.

Affectuum infinitæ sunt species, & quot objecta hominis animum afficere possunt.

§ 17.

Cardinales ad quos omnes reliqui referri possunt, vel ex quibus componuntur, sunt Lætitia, Tristitia, Cupiditas, Aversatio sive odium. Quicquid enim homo bonum esse judicat, eo lætatur, quicquid malum esse judicat eo tristitia afficitur, & si bonum appetit, Cupiditatis affectu movetur & malum quod non vult, odio habet.

§ 18.

Lætitia sive gaudium est affectus sive commotio animi, quæ mens ad majorem perfectionem transit, sive animus augetur, spiritus excitantur, ob bonum præsens.

§ 19.

sive
nore
deji
præf

est co
ni ju
quoc
que c
nori
bonu

com
malu
cum
prou
detu

vent
Fidu
quæ
certi

§ 19.

Tristitia sive Dolor animi est passio sive commotio animi, quā mens ad minorem perfectionem transit, sive animus dejicitur, spiritus coërcentur, ob malum præsens.

§ 20.

Appetitus sive Cupiditas, sive Amor est commotio animi, superveniens homini judicanti vel cogitanti objectum aliquod sibi bonum esse & appetendum, eaque cum lætitia conjuncta majori vel minori prout bonum visum magis vel minus bonum & parabile.

§ 21.

Aversatio seu odium est passio sive commotio animi homini judicanti aliquid malum sibi aliisque esse, superveniens, cum tristitiâ majori vel minori conjuncta prout malum magis vel minus noxium videtur, adeoque fugiendum.

§ 22.

Spes est amor rei futuræ de cujus eventu certi non sumus. Spes constans est Fiducia. Si dubitatio tollatur, fit securitas, quæ est amor rei futuræ, de cujus eventu certi sumus. Vel Desperatio, quæ est tri-

stitia

stitia orta ex certitudine quod re amatâ
potituri non sumus, vel malum non evi-
taturi.

§ 23.

Metus est Averfatio rei futuræ de cu-
jus eventu certi non sumus.

§ 24.

Acquiescentia est lætitia orta ex confi-
deratione propriæ potentiæ tam naturalis
quàm accidentalis, ut si quis forte suâ con-
tentus vivit.

§ 25.

Superbia est lætitia hominis de se su-
isque rebus plus justo sentientis: Ejus
Comes est Contemptus, qui est lætitia ho-
minis de alio minus justo sentientis, major
ejus gradus est Irrisio & maximus Con-
tumelia vel verbalis aut signis edita, vel
realis.

§ 26.

Abjectio est tristitia hominis de se mi-
nus justo sentientis.

§ 27.

Gratia sive favor est cupiditas bene-
faciendi ei quem amamus. Ei opponitur
Malevolentia quæ est cupiditas impedi-
endi exolum ne bonum ipsi contingat. § 28.

§ 28.

Congratulatio est lætitia quæ ex alterius, cui favemus, bono oritur, estque vel tacita vel expressa.

§ 29.

Commiseratio est tristitia ex alterius, cui favemus, damno orta.

§ 30.

Ambitio est immoderata Cupiditas gloriæ, honoris & potentia in alios.

§ 31.

Avaritia est immoderata Cupiditas divitiarum. Tenacitas est metus inanis expendendi bona sua, ne paupertas obrepat.

§ 32.

Libido est immoderata cupiditas commiscendi corpora Veneris causa.

§ 33.

Luxuria est immoderata cupiditas convivandi, & externi splendoris.

§ 34.

Pudor est tristitia orta ex contemplatione rei aut actionis vel nostræ vel ad nos pertinentium quam alios vituperare

atâ
vi-

cu-

nsi-
alis
on-

su-
ejus
no-
ajor
on-
vel

mi-

ene-
nitur
lien-
§ 28.



imaginamur, quod indecorum aliquod ad-
missum putemus,

In facie manifestatus pudor vocatur
Erubescencia.

Impudentia est contemptus bonæ æ-
stimationis.

§ 35.

Gloria est lætitia orta ex contempla-
tione alicujus nostræ actionis vel rei quam
alios laudare imaginamur.

§ 36.

Desiderium est cupiditas personæ vel
rei amatæ absentis.

§ 37.

Æmulatio est Cupiditas idem agendi
vel habendi, quod alius agit vel habet,
quem nobis parem credimus.

§ 38.

Audacia est Cupiditas periculum su-
beundi, quod æquales subire metuunt.

§ 39.

Pusillanimitas est metus seu aver-
sio aggrediendi periculum, quod æquales
subire audent.

§ 40.

§ 40.

Consternatio est Pusillanimitas orta ex admiratione improvise & ingentis mali quod quis timet.

Terror Panicus est metus, cujus causam ignoramus.

§ 41.

Pertinacia est Cupiditas rem non bonam faciendi quia incepta est, orta ex superbia & pudore consilium mutandi.

§ 42.

Zelotypia est metus amittendi foeminam amatam, quam ab alio ad libidinem sollicitari & pronam esse quis credit, conjunctus cum odio, pudore, ira, vindicta.

§ 43.

Prodigalitas est Intemperantia sibi & alteri indulgendi cum suo damno orta ex vanitate, superbia, ignorantia.

§ 44.

Ira est odium Breve conjunctum cum cupiditate & conatu malum Ingratum a se amolendi & adversatio malum infligendi.

dad
atur
e æ
pla-
nam
vel
endi
bet
su-
t
erfa-
ales
40.



§ 45.

Vindicta est ira reciproca intendens malè facere ei, qui malefecit,

§ 46.

Crudelitas est excessus vindictæ, seu ira quâ quis pro levi offensione ingens malum rependere conatur.

§ 47.

Indignatio est ira ex læsione alterius injustâ.

§ 48.

Risus est elatio spirituum ob gaudium subitaneum.

§ 49.

Fletus est demissio animi subita ob tristitiam subitaneam ortam ex jacturâ rei, quâ ægrè caremus.

§ 50.

Invidia est tristitia orta ex fortuna alterius quem eâ minus dignum putamus.

§ 51.

Reliquæ affectuum & passionum definitiones ex prædictis principiis facili negotio componi possunt modo attendatur ad differentiam eaque jungatur generi vel
sum-

summo quod est commotio animi, vel subalterno cuidam quæ sunt Lætitia, Tristitia, Cupiditas, Odium. Vid: Carthel. Spinus. Hobbes. Vossius. Becman. Moulin &c,

Homo in affectus suos non habet absolutam potentiam, minimè in primos motus, præsertim eos, qui perceptione excitati iudicium antecellunt, nec sunt in potestate ipsius. Etsi enim quandoque e. g. irasci vel metuere nolis, non potes tamen impedire, quin animus tuus reluctante Ideâ rationis, irâ vel metu commoveatur. Ratio hujus rei, quia affectus nascuntur & consistunt in fermentatione sanguinis vel auctâ vel diminutâ & per consequens fluxu sanguinis & reliquorum humorum concitatioe vel tardiore, quos motus naturalis ratio & voluntas hominis non magis temperare vel extinguere potest quam febrim. Potest tamen æstuantibus affectibus actiones differre, imò contra affectus æque ac febrim se præservare ac præmunire.

§ 52.

Ad præservationem sui & moderamen affectuum conducunt. 1, Rectum de rebus, quæ quam maximè affectus nostros ciere solent iudicium præmeditatum. 2.

C 4

Pro-

v. Aditum.

Propositum oblata occasione secundum ideam legis præmeditatam potius agendi, quam secundum ideam ab objecto excitari solitam. *3.* Frequens exercitium & consuetudo. *4.* Vitanda occasio, quæ affectus malos facile movere solet, *5.* Diæta, Medicina, sic affectus Venereus jejunio & medicamentis refrigerantibus temperari potest. *6.* Excitando potentio- rem affectum, qui debiliori opponatur, e. g. metum poenæ ignominiosæ metui qui ad fugam inclinat: amorem Dei amori rerum mundanarum &c. &c. *7.* Persuasio. // sic enim Oratores movent pathen variis modis. Vide Vossi Rethoricam. Moulin. *8.* Tempus quoque multum facit ad temperandum affectus. Cum enim dependant à fermentatione sanguinis ejusque circulatione vel auctâ vel diminutâ; hæc cum tempore mutatâ & in statum mediocritatis sive naturalem reductâ, temperatur quoque affectus, spiritibus nimis absumtis, vel deficientibus restitutis. *v. Ad- ditam.*

Cap.

Cap. IV.

De Actionibus hominis
& principiis actio-
num moralium & de
Imputativitate.

§. I.

Homo, uti omnes ferè Creaturæ, di-
verso respectu vel movet vel movetur,
idque vel naturaliter vel moraliter.

Naturaliter movetur, quando sine co-
operatione intellectûs a principio extrin-
seco sive nolens sive volens fertur neces-
sariò, ut quando vento pellitur in aliud ob-
jectum, quod ab ipso moto movetur, Mo-
raliter homo movet & movetur, docen-
do, persuadendo, imperando, recto de re-
bus iudicio vel affectibus e. g. spe & me-
tu: Motusque hic est intensior vel remis-
sior.

Ad quæstionem an Homo se ipsum
aliquando moveat? respondetur:

Non quidem hominem seipsum mo-
vere; Intellectum tamen ipsius imperare

C s

qui-

quibusdam membris & facultatibus, ut scilicet manus se extendat, pes, etsi ægrè valens, eat, ut sitiens non bibat, esuriens non edat. Sic animi imperio, corporis servitio magis utimur. Recta tamen ratio ipsa movetur, dum est cogitatio, bene determinata, ab infinito cogitante h. e. Deo, per corpus aptum, & ideas adæquatas. Vide Spinosa Ethic. item Recherche de la Verité, t. 2. c. 1. v. *Additam.*

F. v. Addit.

§ 2.

Actio hominis moralis, est motus, ab intellectu & voluntate hominis, affectibus nonnunquam stimulata, profectus, sive determinatus. Suntque Principia actionis humanæ. 1. Deus, omnia movens. 2. Ratio hominis & Voluntas. 3. Objecta, & affectus. Ignorantia, Vis & Necessitas, sunt causæ improprie dictæ, sive causæ sine quibus non.

p. 92

F. v. Addit.

§ 3.

Homo ex ratione agens, sive recto iudicio, & adæquata ideâ mentis motus, necessario simul & liberè agit. Necessariò, quia recta ratio, ad agendum determinans, ipsa primum à Deo, & ab objectis bene determinata fuit; Liberè, quia homo, ratione, quæ est principium insitum, movetur,

vetur, quæ enim, impellente principiô extrinsecô fiunt, coactè fiunt. Sic homo, quod verum & bonum esse cognovit, necessariô pro vero & bono habet, nec contrarium sentire potest. e. g. unum non esse tria, virtutem esse sectandam, Quando autem, quid verum & bonum sit, dubitat, tum, se indifferentem ad utrumque esse, putat, & si in re dubia judicat, & agit, ab idæâ saltem in adæquatâ movetur, ut hoc potius quàm illud agat.

Aditum

Hinc patet, in quo consistat Libertas five Spontaneitas humana, nempe in Imperio, & usu rectæ rationis.

Est enim liberum arbitrium, nihil aliud, quàm ratio hominis ad agendum determinans. Et spontè agit, qui non a principio extrinsecô cogitur.

Aditamenta

§ 4.

Homo nunquam eodem tempore, atque eodem respectu, vult & non vult, Est enim Contradictorium. Vide Clerici Pneumatolog. Sec. I. c. 3. §. 20.

Unde patet, quod Indifferentia, ad utrumque oppositorum, in eodem homine, eodem tempore, à quibusdam credita, sit figmentum. Homo enim, si bene si-
ve malè agat, eo tempore, quô agit, non potest

ut
rè
ns
ris
io
le-
eô,
Vi-
la

ab
ous
ve
io-
a-
af-
ant
ine

to
tus,
ffa-
mi-
be-
mo,
no-
tur,



potest non ita agere, quia semper ab aliô, hoc est ideâ ab alio objecto vel causa excitatâ ad agendum determinatur sive movetur; quem motum necessario sequitur, donec aliud movens eum in diversam partem agat. Quodcunque enim movetur eadem linea quâ incepit moveri in æternum moveretur, nisi ab aliis objectis vel ad quietem, vel ad mutationem primi motus determinaretur: & quod quiescit in æternum quiesceret, nisi ab alio moveretur. Quamvis igitur homo ipse videatur sibi esse quandoque indifferens ad eandem rem amplectendam vel omittendam, decipitur tamen, quia novit quidem appetitus h. e. motus suos, non autem semper novit causas, quæ ipsum ad agendum movent & determinant sive determinabunt. Hæc enim est hominum libertatis idæa, quod quarundam actionum suarum nullam cognoscant causam, à qua determinantur, seque liberè agere putant, quæ leviter aut dubitanter appetunt, ad quæ leviter moventur; minus liberè quæ concomitante affectu appetunt vel fugiunt.

v. A. H.

vide Spinos. cap. de Affectibus pag. 99. Clerici Ontologiam cap. de Contingentia item Pneumaticam Sect. i. c. 3.

Sed cum homo sit mutabilis & flexibilis

bilis, hodie hoc, cras contrarium fortè ager, semper tamen necessariò, motus scilicet: ideà ab alio in ipso excitatà. Vulgò libertatem ex indifferentia ad utrumque Oppositorum æstimant, sed malè: qui enim virtuosè agit & secundum leges, non est indifferens ad virtutem & vitia & tamen liberè agit. Sic Deus liberrimè agit & tamen non potest non benè agere &c. Coactio non necessitas libertati vel libero arbitrio rectè opponitur. Vide Becmanni Ethic: c. 6. §. 5. item Gassendi D. & J, c, C.

§ 5.

Homines qui affectibus e. g. spe aut metu impelluntur, etiam necessariò, sed minus liberè & quodammodo impulsì agunt, aliter interdum acturi, si affectus abessent & rationem auscultandi tempus relinqueretur. Hi serviunt primis motibus in quo consistit servitus humana, quæ est Impotentia hominis in moderandis & coercendis affectibus. Homo enim affectibus obnoxius sui juris non est, sed Fortunæ in cuius potestate ita est, ut sæpè coactus sit, quanquam meliora sibi videat idè-
 teriora tamen sequi, utpote ab hisce fortius impulsus, Vide Spinozæ Ethicam.

v. Additio

v. Additio

§ 6.

Homo ductu rationis agens est virtuosus: & qui sine ratione vel contra rationem affectibus abreptus agit est vitiosus, impotens animo.

§ 7.

Homo per se non potest esse magis virtuosus quam sanus aut robustus. Nam potentiam mentis rectè judicandi non magis quisque à se habet quam corporis valetudinem & robur. Et relinquatur homo sibi ipsi, remotus à societate aliorum hominum sine doctrina & educatione, parum rationis aut virtutis ex eo elucebit. Errant enim, qui idæas quasdam innatas statuunt. Vide Clerici Pneumatologiam, Gassendi Dubia c, C.

§ 8.

Uti tamen unum corpus præ alio magis minusque potest per exercitationes, vitæ genus, consuetudinem, diætam & medicamenta alterari, firmari, conservari vel si prava adhibeantur media, corrumpi & deteriorari: Ita quoque unus animus præ alio doctrinâ Ethicæ & Legum, increpationibus, Castigationibus, monitis, comminationibus, promissis, pœnis, præmiis,

Diæ

Diætâ, medicinâ , consuetudine aliisque pluribus flectendi mediis magis minusque determinari potest ad rectè agendum. Vide Gassendi Animadv. in Epicuri Philos. docentis. Non fieri sapientem ex quavis constitutîone Corporis nec nasci in quolibet gente t. 2. p. 6 item pag: 30. Philosophandum esse Juveni & Seni, quia Philosophia est Medicina animi. v. *Additum.*

§ 9.

Est igitur Homo creatura apta flecti per varia media (quorum quædam Puffendorfius vocat entia moralia) ut hoc potius quam illo modo agat. *Imò diverso tempore contraria agat, in quo consistit hominis indifferentia ad utrumque Cyprius. § 10. Totum, quæ tamen alia*

Si omnes homines ex ratione æquè *non est* facile agerent, sive ratione ducerentur, *quam pag* sive virtuosus essent, non esset opus tot le- *sive* gibus & flectendi mediis. *et addita*

§ 11.

Sed magnus in hoc mundo latet abusus in his flectendi mediis, quem duobus verbis appellaveris Superstitionem & Tyrannidem. Illa e. g. in Ecclesia Romana &c. viget, Hæc in Monarchiis quibusdam &c. Superstitio enim res malas reddit, quæ malæ non sunt & vice versa malas jubet

Jubet esse bonas. Tyrannisque vetat quæ concedi deberent jubetque quæ vetari deberent. Adeoque ambitiosi miseris & simplicibus mortalibus laqueos tendunt, quibus se facile irretiant, criminisque reos vel improvidi faciant. Remedia sunt dissimulatio, silentium, patientia.

§ 12.

Hinc patet quàm utile sit leges naturæ distinctim nosse præ legibus positivis quamque necessarium sit, Reges & Legislatores esse virtuosos. Flectere enim debent impotentes animo legibus & poenis ad amplectendum verum & summum bonum h. e. rationaliter socialiter & beatè vivendum, non autem privati commodi sui causa legibus opprimere, servosque eos reddere.

§ 13.

Homo Legem sciens & transgrediens ab ideâ legis ad agendum minus determinatus fuit, quàm ab Idea objecti quod affectum excitavit. Quamobrem, ut deinceps idea legis homini magis cordi & potentior sit quàm idea affectûs, Poena ipsi proponitur & infertur, Poena enim ideæ affectus addita facit, ut affectus imposterum

sterum minus potens sit, quàm idea legis. Ecce fructum pœnæ: Si proposita non deterruit, inflictâ plerumque deterrebit à continuatione peccati: Sin minus, inflexible membrum societatis instar lupi tollendum, vel carcere, ut furiosus, vel exiliô aut morte ut facinorosus, ne amplius lædere societatemque turbare possit.

§ 14.

Homini legis nescienti sive ignaro, quique eam scire non potuit, nihil potest imputari, adeoque nec pœna infligi; Quia caruit ideâ legis quæ ipsum determinare potuisset ad hõc vel illõ modo agendum.

Hinc patet ratio cur infanti, furioso, mente capto non imputentur actiones, quæ imputantur adulto & sanæ mentis homini, qui legem scire potuit ac debuit; Item cur rustico & fœminæ minus imputetur quàm Viro docto: Incapaces enim sunt scientiæ plurium legum.

Ratio cur quædam ignorantia legis in foro humano non excuset à delicto, est, quia delinquens, etsi formaliter non peccet sed materialiter tantum, debebat tamen & poterat scire legem; adeoque punitur saltem ob negligentiam.

§ 15.

Regula generalis hæc est: Omnis effectus cujus homo causa est, vel agendo vel omittendo, cum debebat impedire, ipsi rectè imputatur. Vice versa, Omnis effectus cujus homo causa non est, neque agendo neque omittendo debitum, ipsi non potest imputari. Sic imputari non possunt, ad quæ reluctante ideâ nostrâ vel legis, vi majori extrinsecâ adacti concurrimus. Vis enim major quàm cui resistere possimus fortius nos determinat ad agendum, adeoque principio extrinsecò & violento quicquid concursu nostro evenit adscribendum.

Et hæc sunt duo principia actionum involuntariarum scil. Ignorantia & Vis. Vide de hac materia exactius & plenius docentes Puffendorffium, Rachelium &c.

§ 16.

Cum Deus sit Autor omnium rerum ac motuum, non tamen est causa peccati, quia peccatum respectu Dei est Nonens, nihilque habet realitatis. Omnis enim actio humana materialiter considerata est motus ortum ducens à Motore Deo, potentiamque ejus exprimens, adeoque eatenus bona: Sicut edere, bibere, coire, accipere,

pere
qui &
sine
diatè
hi mo
spect
est, q
scrip
termi
cus fa
pecca
termi
dum
quena
coire
mè na
tum I
regul
& cur
dam
matri
rum a
motu
cundu
intern
None
nere
nam p
rior fi



pere, verberare, scindere, perfodere, lo-
 qui &c. per se sunt motus boni, nec fiunt
 sine Motore Primo Deo, qui omnia me-
 diatè vel immediatè movet. Causa, quod
 hi motus per se & respectu Dei boni, re-
 spectu hominis mali quan loque fiant, hæc
 est, quod homines hominibus leges præ-
 scripserunt, secundum quas motus illi de-
 terminandi sint, quod si non faciant aut se-
 cus faciant, peccare dicuntur, ut proinde
 peccatum nihil aliud sit, quàm Omissio de-
 terminationis actionis humanæ secun-
 dum legem præscriptam & per conse-
 quens privatio adeoque Nonens. E. g.
 coire cum foeminâ est actus quàm maxi-
 mè naturalis & potentiam cum hominis
 tum Dei exprimens: Sed quia homines
 regulas sibi multas præscribere, quando
 & cum qua coire liceat, vel non; Si qui-
 dam cum sorore suâ, aut cum aliâ extra
 matrimonium coëat, intermittit ille nimi-
 rum actum cocundi per se, & quatenus est
 motus naturæ, bonum determinare se-
 cundum legem ad objectum licitum, quæ
 intermissio est privatio motûs adeoque
 Nonens: Etsi respectu hominis & in ge-
 nere moralium effectus suos nempe pœ-
 nam producat hæc intermissio. Res cla-
 rior fit, si consideres eosdem motus iis-
 dem

dem circumstantiis vestitos in brutis esse motus indifferentes qui in hominibus mali sunt, e. g. coire cum matre, sibi bolum é faucibus eripere, irasci invicem, se mutuo lædere & interficere. Deus enim actionibus ejusmodi brutis non læditur, ille, qui omnia movet & à nemine movetur vel commovetur adeoque pati non potest. Eleganter hoc expressit Poëta Lucretius, his verbis, Natura divina summá pace fruens, privata dolore omni privata periculis Ipsa suis pollens opibus nihil indiga nostri nec benè promeritis capitur, nec tangitur irâ, vel ullâ molestiâ V. Gassendi. A, in E. Idem dicendum de motibus furiosorum, mente captorum, infantum, & scientiâ exacta legum civilium destitutorum, qui licet sint vitiosi attamen non sunt peccata quamvis iidem in hominibus sanis, adultis, doctis, pro peccatis habeantur pœnamque mereantur.

Utque adeo peccatum non sit ens reale ac naturale, cujus autor est Deus, sed ens morale tantùm cujus Autores sunt Homines, qui sibi sæpè vitio vertunt, quod licere debebat & vice versa jubent quæ vetare & omittere debebant, Vide Puff. Jurisp: Univ. cap. 7. §. 5to.

Et sanè si homines nulla alia quam natu-

natur
nare
cata,
& tyr
teten

mitte
deter
Causa
varia
ment
enim
sapiu
tur?
obse
tentu
tollan

sine
que
Sed I

sua o
detur
quæ a
admo
Deo
amitt

naturæ lege h. e. Rectâ ratione determi-
narentur, vitia quidem essent sed non pec-
cata, quæ nunc sunt infinita, ubi superstitio
& tyrannis infinitos peccatorum laqueos
tetenderunt, ut impossibile sit esse in fontē.

Est igitur Autor peccati Homo inter-
mittens motum suum naturaliter bonum
determinare secundum præscriptum legis.
Causæ, cur homo hoc intermittat, sunt
variæ, vel ignorantia legis, vel morbus
mentis, vel affectuum vehementia; ira
enim furor mentis brevis est, & amantes
sæpius sunt amentes. Cur ergo puniun-
tur? Respondetur, ut emendentur, & ad
observantiam legum imposterum exci-
tentur, aut si incorrigibiles sunt è medio
tollantur, Civitatisque securitas præstetur,

Objectio: Homines per se nihil agere
sine concursu Dei particulari, adeoque ne-
que Entia Moralia, vel artificialia facere.
Sed Deum omnia agere per homines,

R Certè ut summam Dei in omnia
sua opera potestatem agnoscamus, non vi-
detur requiri, ut ipsi tribuamus omnia,
quæ a Creaturis fiunt, sed tantùm ut, quem-
admodum quicquid creaturæ habent, id a
Deo acceperunt, ita omnia eo volente
amittere, nec suis facultatibus, in sciô aut

invitō uti ullo modō posse profiteantur; Satis hōc positō, a Prima Causā pendere intelliguntur, neque ullā ratione potentiaē Divinaē subtrahuntur. Igitur speciosus ille dependentiaē hominum & creaturarum a Deo prætexus, quō quidam probare nituntur, omnia a Deo fieri, planè inutilis est. Imò contrā tantum abest, ut hęc opinio Divinam gloriam extollat, ut potius duplici de causa perfectionibus Divinis immane quantum detrahat. Primò enim, dum ita deprimuntur opera Divina, ut pro machina non nisi artificis concursu mobili habeantur, Divina potentia multo minus in mundi productione elucere ab incautis Philosophis statuitur, quam juxta prædictam (Durandi) sententiam. Non magnæ potentiaē indicium est machina, quæ, ut effectus edat quibus destinata est, debet ab opifice moveri, & præterea in edendis illis effectibus ita ab eo adjuvari, ut effectus sint Opificis, si propriè loquamur, non machinaē. Non tantæ, inquam, est ejusmodi machina potentiaē specimen, ut alia quædam, quæ sine Artificis opera per se agere potest.

Quis horologium, quod fune circumductō vi elateris sui, horas sine aliquo subsidiō demonstrat, ei quod horas
tan-

tantū
mon
præ

onen
cepta
creat
rum
Dein
prop
Deur
ver
ri

tantum ostenderet, impulso digito gnomone, non præferat, item automaton præ machina externa vi actâ æstimet.

Igitur Divinæ gloriæ majorem rationem habent, qui vim aliquam a Deo acceptam, quâ quædam per se agere possint, creaturis tribuunt, quam qui omnes earum actiones Dei propriè esse contendunt. Deinde qui omnes hominum actiones Dei propriè esse statuunt, non possunt, quin Deum Autorem faciant Peccati, quicquid verbis contra protestentur. Vide Clerici Pneumatologium, Sect, 3. cap. 6.

§. 12, 13. v. *Additam.*

Cap. V.

De Bono & Malo, deque
Hominis Vero &
Summò Bono & Vero
ac Summò malò.

Aditamenta

§ I.

Bonum & malum non nisi respectivè dicuntur, ad aliud: & una eademque res dici potest bona & mala diversò respectu. Nihil enim absolute & per se bonum vel malum est, sed respectivè quatenus res alteri utilis vel noxia est. Sic dolor homini quandoque bonus quandoque malus est, Malus est quatenus nil nisi cruciatum infert. Ast bonus est, si vel majorem dolorem avertit, aut voluptatem generat e. g. si gangrænâ correptum membrum amputetur, vel puer multa ferat sudorem & frigus, ut viâ arduâ Virtutem consequatur. Simili modò quædam voluptas bona quædam mala est &c. Bonum hominis Verum est, quod certò scit sibi revera utile esse. Malum autem id quod certò scit impedire,
quò

quò
fiat.

sapi
mus
adeò
num
& o
us in
bent

sum
do,
ope
min
gitar

cup
quæ
tias
mer
tur
bon
cor
mò

quô minus boni veri ac summi compos
fiat.

§ 2.

Judicium hominis de bono & malo
sæpius est erroneum; scilicet quando ani-
mus hominis ab affectibus commovetur,
adeò ut malum præ bono appetat, & bo-
num præ malo fugiat: Unde appetituum
& odiorum humanorum diversitas, sæpi-
us in eodem homine, cras forté odio ha-
bente, quod heri cupiverat. *v. Addit.*

§ 3.

Id quod homines plerumque pro
summo bonò, sed falsò habent, sunt Libi-
do, divitiæ & honor, quibus si quis unicè
operam det, adeò distrahitur mens ejus, ut
minimè possit de Verò summò Bonò co-
gitare.

Libidinem, quæ mentem totam oc-
cupat, post fruitionem sequitur tristitia,
quæ mentem perturbat & hebetat. Divi-
tias & honorem qui propter se quærit, uti
mercator, & ambitiosus Rex is ita distrahi-
tur laboribus & periculis, ut de summò
bonò ne cogitare quidem possit, & si quid
eorum assecutus sit, impeditur illis, ne sum-
mò bonò fruatur. Qui enim libidini, di-
vitiis,

vitiis, honori operam dant propter se, ad summum bonum pervenire nequeunt; Mens enim ipsorum curis illis impeditur, ne de cō cogitare seque perficere possint. Et vita ipsis ad captum hominum est instituenda, fugiendō scilicet, quod vulgō fugiunt, & quærendo, quod vulgō quærunt homines; quare illis non vacat tendere ad summum bonum. Si verò non propter se quæruntur, sed tanquam media vivendi commodè & securè, corpus & sanitatem conservandi, intellectumque perficiendi, modum tunc habent & minimè oberunt, sed contrà ad finem, propter quem quæruntur, multum conducunt. Vide Spinos. de Emend. Intell. item Recherche de la Verité, t. 2. cap. de divitiis & dignitatibus. Item Gassend. Animadv. in Ep. Ph. t. 2. p. 19. Ubi docet Sapientem rei familiaris curam habiturum, sed citra ditescendi cupiditatem tamen. v.

Additam.

§ 4.

Summum hominis bonum est Voluptas sive beatitudo quæ non nisi virtutibus paratur: Et in tranquillitate animi ac indolentia corporis consistit. Et summum Hominis malum est Dolor animi & corporis qui ex vitiis in Eum redundat.

“ Virtus in genere, est Dei, Sui, Societatis

tis,
qua
Div

sui,
neg
etat
diur
voc
Div
sunt
enir
perf
vera
virt
gia
sop
nica
ad
lor
ma
Et
qui
stat
sinc
pro
lius
rur
ulti

tis, & rerum naturalium cognitio tanta,
quantam quisque assequi potest, & Cultus
Divinus, Cultura sui, & Custodia Societatis:

Vitium in genere est ignorantia Dei,
sui, & societatis, rerumque naturalium, &
neglectus cultus Divini, sui ipsius, & Soci-
etatis. Omne illud, quod potest esse me-
dium perveniendi ad summum bonum
vocatur verum bonum. Sic modicæ
Divitiæ, & honor corporisque recreatio
sunt verum hominis bonum; Necessariæ
enim sunt ad conservationem corporis &
perfectionem mentis, adeoque homini re-
vera utiles, maximè verò huc pertinent
virtutes & præ reliquis scientiis Theolo-
gia Naturalis, Physica, Ethica sive Philo-
sophia Moralis, Politica, Medicina, Mecha-
nica. Et omne quod virtutem impedit, &
ad vitium impellit, ac consequenter Do-
lorem animo & Corpori affert, est verum
malum. Vide Spinosam de Emend. intel.
Et Gassend A, in. E. Objiciunt quidam
qui Virtutem Summum bonum esse
statuunt; eam per se esse amabilem, nec
sinceram esse pietatem nisi Deus præcise
propter se ipsum ametur, non autem ul-
lius commodi aut voluptatis causâ. Ve-
rùm cum id bonum summum sit quod
ultimo sequitur, & ex virtute & pietate
homo

homo Sapiens voluptatem capiat maximam, rectius sentiunt illi qui Voluptatem sive vitam beatam pro summo Bono habent. Nec adversatur pietati, ut Deum nostri quoque causâ cognoscamus & amemus, quandoquidem sive majestatem sive beneficentiam ejus consideremus, non possumus non maximâ voluptate perfundi & eâ ipsâ ad Deum magis magisque cognoscendum & colendum accendi: quod Sacræ literæ confirmant, beatam vitam ponentes in gaudio incomprehensibili & ineffabili, quod redundabit ex plenâ cognitione Dei, & ejus quem misit Christi, &c.

§ 5.

Homo quatenus virtutem affectus, eatenus Sapiens est, & virtuosus, mentisque potentiâ, quâ affectus moderari potest, pollet. Verum illa ipsa potentia humana etiam in homine Sapientissimo aut Perfectissimo admodum limitata est, & a potentia causarum internarum & externarum infinitè superatur, adeo, ut potestatem absolutam non habeat res omnes ad suum usum aptandi & quoscunque dolores animi vel corporis evitandi. Non solum enim difficile est quasvis perturbationes

tiones animi sistere ac sedare, sed utcun-
 que quis caveat, ne dolores corporis ultrò
 accersantur extrinsecus, aut intrinsecus
 excitentur, nihilominus ea plerumque est
 temperamenti seu constitutionis ab utero
 usque deductæ conditio, ut saltem ex hoc
 capite tolerandi necessariò sint dolores
 non pauci, e.g. dolores a feбри, a nephri-
 tide, a podagrâ, a fluxu indentes, a ce-
 teris morbis &c. ut taceam illos qui infer-
 ri possunt a Tyrannis, à maleferiatis, ab
 imprudentibus, a variis animalibus, ab
 æstu, ab algore, ac aliis rebus externis for-
 tuitò incidentibus. Attamen, quæ ei eve-
 niunt contra id, quod utilitatis ejus ratio
 postulat, æquo animo fert, si conscius sit,
 se functum suò officiò esse, & potentiam,
 quam habet, non potuisse se eousque ex-
 tendere, ut eadem vitare posset, seque
 partem totius naturæ esse, cujus ordinem
 necessariò sequitur, ac proinde Sapiens
 circa res fortunæ, quæ in nostra potesta-
 te non sunt, h. e. circa res, quæ ex nostra
 natura non sequuntur, sic se gerere de-
 bet, ut utriusque fortunæ faciem æquo
 animo expectet & ferat, suaque sorte con-
 tentus sit, quia omnia ab æterno Dei de-
 creto & cursu rerum necessariò sequun-
 tur.

Quod

Quod si clarè & distinctè intelligit mens ejus, in eo acquiescet, & in eâ acquiescentiâ perseverare conabitur. Nam quatenus intelligit, patienter ferendum esse quod mutari nequit, ac præterea nihil appetendum esse, nisi id, quod necessarium est, nec absolutè, e. g. Victum, amictum, domicilium, protectionem Civilem, quantum sufficit; Sapienciam autem, quantam assequi potest, conatus ejus cum ordine totius naturæ convenit: quo pertinet illud, Fiat voluntas Tua.

Felices sanè qui præter animi & fortunæ bona ejusmodi corporis constitutionem nacti sunt, per quam indolenter degere, & sapienciæ studiis oblectare animum liceat. Felices & illi, quibus cum obnoxium morbis corpus obtigerit, eâ tamen providentia id regunt, eâ temperantia corrigunt, ut nisi dolores penitus devitent, illos saltem leves tolerabilesque sic reddant, ut non valdè obstant, quo minus animo suis frui voluptatibus concedatur. Hinc cavendum prioribus, ne quam laudabilem a natura constitutionem sortiti sunt, præ intemperantiâ turbent aut corrumpant; Sed posterioribus adhibendum contentius quoddam studium est, ut constitutionem ad dolorem ver-

verg
est,

Phil
pien
Deo
tant
pag.
se co

ris, I

vergentem ad indolentiam, quantum fas est, deflectant.

Vide Gassendi Animad. in [Epicuri Philosophiam Tom. 2. p. 25. ubi docet Sapientem existimaturum Felicitatem Soli Deo summam competere [Homini eam tantum quæ magis ac minus recipiat, item pag. 19. Sapientem adversus Fortunam se comparaturum, item pag. 113.

§ 6.

Virtus & Vitium duplicis sunt generis, Intellectuales vel Morales, v. *Additam*.

Inrel-

Intellectualis Virtus consistit in Potentia mentis, & in Scientiis, quas Cap. 2. expressi.

§ 7.

Virtus moralis est potentia mentis humanæ recto de objectis iudicio voluntatem & affectus moderantis, ut appetant verum & summum bonum, & fugiant verum & summum malum.

§ 8.

Virtutes Cardinales tres sunt.

1. Cognitio, Amor & Cultus divinus. Huc pertinent Theologia naturalis, Physica.
2. Cognitio, Amor, & Cultus sui ipsius: Huc faciunt Scientia Medica, Artes corporis, exercitia.
3. Cognitio, Amor & Custodia Societatis sive Socii: Eo conducunt Ethica, Politica, Jurisprudencia, Mechanica, & omnis scientia & Ars practica.

§ 9.

Consequencia prædictarum Virtutum & quasi præmia sive summum hominis bonum sunt.

1. Beatitudo, animi libertas & tranquillitas, gaudium & pax.
2. Mens Sana in corpore sano.
3. Securitas, Mutuum Adjutorium, Aptitudo ad dignitates & varia commoda temporalia.

Vitia Intellectualia sunt Impotentia mentis, Stupiditas, Error, Ignorantia, omnesque debilitates & morbi mentis &c.

§ 7.

Vitium morale est mentis impotentia inadæquatô & falsô de rebus iudicio voluntatem & affectus hominis impellentis ad appetendum malum præ bono & fugiendum bonum. præ malô,

§ 8.

Vitia Cardinalia sunt tria.

1. Ignorantia Dei, Idololatria & Superstitio. *v. Addit.*
 2. Ignorantia, Neglectus & Læsiô sui ipsius.
 3. Ignorantia, Odium & Læsiô Societatis
- Rerumque quæ hûc pertinent.

§ 9.

Consequentia prædictorum Vitiorum, & quasi Pœnæ sive summum hominis malum sunt.

1mi Anxietas & inquietudo animi, Metus vani, Servitus.

2di Mens bruta, Corpus morbosum & ineptum, dolor & mors præmatura aut violenta.

3tii Rixæ, Injurix, Solitudo, & rerum ferè omnium ad commodam vitam necessariarum defectus.

§ 10.

Cardinalium Virtutum nomina

I. Virtutes erga Deum. 2. Virtutes erga seipsum.

- | | |
|---|--|
| 1. Recta de Deo & Voluntate eius Sententia & sermo. | 1. Humilitas. |
| 2. Amor Dei. | 2. Temperantia: |
| 3. Reverentia seu timor Dei. | 3. Sobrietas. |
| 4. Pietas seu optimus Deum colendi modus per laudes, gratiarum actiones & preces. | 4. Castitas. |
| 5. Spes & Fiducia. | 5. Fortitudo, |
| 6. Acquiescentia. | 6. Patientia. |
| | 7. Constantia. |
| | 8. Magnanimitas. |
| | 9. Cultura animi & corporis. |
| | 10. Affectuum moderamen. |
| | II. αὐταρξία seu animus suâ sorte contentus. |

Spec

1. Pa

2. Cl

co

3. G

4. Æ

m

5. In

6. D

7. S

p

8. P

9. S

d

t

10. S

r

I

II. S

t

c

§ 10.

Specialia præcipue sunt sequentia.

13.

Virtutes erga Proximum.

1. Pax Universalis.
2. Charitas seu amicitia, humanitas, misericordia, & beneficentia.
3. Gratitude.
4. Æqualitatis observantia, modestia, comitas, mansuetudo.
5. Innocentia, quâ nemo læditur.
6. Damni dati reparatio.
7. Socialitatis studium in Communione & post rerum divisionem.
8. Pactorum fides.
9. Sermonis rectus Usus, seu Veritas, Candor, Sinceritas, Affabilitas. Juramentorum Observantia, Interpretatio.
10. Societatum minorum recta Observantia, sive virtutes Conjugum, Parentum, Liberorum, Dominorum, Servorum.
- II. Societatis Civilis observantia, sive Virtutes Imperantium & Civium & eorum, qui Imperantibus ministrant.

§ II.

Vitiorum Cardinalium nomina

- | | |
|---------------------|------------------------------|
| I. | 2. |
| Vitia erga De- | Vitia erga seipsum |
| um sunt. | sunt. |
| 1. Atheismus : Su- | 1. Nimius sui amor & |
| perstitio. | existimatio seu Fastus, |
| 2, Dei Contemptus, | Arrogantia. |
| Blasphemia. | 2. Intemperantia in cibō |
| 3. Impietas, negle- | & potu, Voracitas, In- |
| ctus precum & | gluvies, Ebrietas. |
| reliqui cultûs. | 3. Incontinentia, Lasci- |
| 4. Diffidentia. | via, Luxuria, Spurci- |
| 5. Libertinismus. | ties. |
| | 4. Pusillanimitas, Impa- |
| | tientia, Audacia, In- |
| | constantia, temeritas, |
| | pertinacia, Contuma- |
| | cia, Desperatio. |
| | 5. Animi & Corporis ne- |
| | glectus, mollities, |
| | ignorantia, pigritia. |
| | 6. Insatiabilitas, Avaritia, |
| | ambitio, tenacitas, |
| | profusio. |

spec

1. Be

2. Inl

lib

in

3. In

4. S

na

5. In

re

6. D

7. F

de

8. Pe

9. M

ri

pr

10. N

te

&

11. V

ru

tior

fi l



§ II.

Specialia præcipuè sunt sequentia:

3.

Vitia erga Proximum sunt.

1. Bellum, Rixæ Contentio,
2. Inhumanitas, Odium proximi, nocendi libido, malevolentia, immisericordia, invidia.
3. Ingratitudo.
4. Superbia, Contemptus proximi, dominantis libido, Morositas, Crudelitas,
5. Injuria seu læsio proximi verbalis & realis.
6. Damni dati irreparatio.
7. Furtum, rapina, sibi soli habendi cupido &c. malæ fidei possessio.
8. Perfidia, Violatio pacti.
9. Mendacium, Perjurium, garrulitas, Scurrilitas, inaffabilitas, Legum sinistra Interpretatio, Cavillatio.
10. Neglectus officiorum conjugalium, paternorum, filialium, Herilium, Servilium, & eorundem violatio & transgressio.
11. Vitia Imperantium, Civium & Ministrorum Civitatis.

Definitiones harum Virtutum & Viti-
tiorum vide in Ethicâ Crelli, & Puffendor-
fii libris de J. N. & de Homine & Cive. item

Gassendi Animadversionibus in Philosoph.
Epicuri.)

§ 12.

Inter vitium & peccatum est differen-
tia. Vitium est, quod fit absque ratione &
ex cœco affectu. Peccatum est, quod fit
contra legem. Unde sequitur, non omne
vitium esse peccatum; tametsi pleraque
peccata scilicet quæ fiunt contra leges ra-
tionales, sint vitia e, g. Infans multa vitiosè
loquitur & agit; non tamen peccat, quia
ignorat leges, nec ante rationis usum eas
scire potest. E contrario obstetrices, quæ
in Ægypto non occidebant infantes, pec-
cabant contra legem, omittendo quod
præceptum erat, sed non vitiosa erat ea-
rum omissio. Qui autem furtum faciunt,
& vitiosi & peccatores sunt: Affectu enim
cupiditatis impulsæ & victi transgrediuntur
legem, quam ratio dictavit.

Ex præmissis porrò colligere licet,
vitia non æquè ac peccata posse impu-
tari. Sic infanti, amenti, furioso, ru-
stico &c. ob defectum rationis, &
impotentiam moderandi affectus, nec per-
peram dicta nec facta imputari possunt,
quæ tamen, si legibus vetita sunt, maturò
judi-

judi
à Le

hoc
mag
crea
dict
non
quia
perf
set l
Dei
non
exle
per
non
tru
Pau
gru
po
iisc
tio
Ra
im
qu
ide
in
&
pr

judiciò prædito, & legum scientiæ capaci
à Legislatoribus rectè imputantur.

Unde porrò consequitur, Deum vitiis,
hoc est imperfectionibus hominum non
magis, quàm imperfectionibus aliarum
creaturarum offendi, non solum ob jam
dictam rationem, quod affectus in Deum
non cadant &c. vid. cap. 5. §. 16. Sed et,
quia respectu Dei nulla creatura absolute
perfecta esse potest: Si enim talis esset, es-
set Deus, quod absurdum. Sic Decreto
Dei nullò modo adversatur, quod lapis
non audit, quod brutum non loquitur, &
exlex vivit, quod infans usu rationis carens
perperam loquitur & agit, quod rusticus
non est Sapiens, uti Philosophus, quod Pe-
trus non tot virtutibus præditus est, quàm
Paulus &c. Quin potius Decreto Dei con-
gruit quod infans multis & animi & cor-
poris viribus sive virtutibus destitutus est,
hisque non nisi crescente ætate per educa-
tionem, doctrinam, & exercitia potitur.
Ratio cur homines actiones perfectas &
imperfectas sive vitiosas appellent, hæc est
quod sibi de homine æquè ac aliis rebus
ideas universales formare cœperunt, quas
individuorum veluti exemplaria habent,
& quas Naturam quoque intueri, sibi què
proponere credunt. Sic postquam ho-

minem definierunt, quod sit animal ratione humanâ præditum, ac porro rationem talem depinxerunt, qualis in Sapientissimo homine deprehenditur, omne individuum humanum, quod non ratione æquè polleret ac uteretur, vitiosum esse dixerunt, eâdem ratione ac domum, quam quis non ad exemplar splendidissimi palatii ædificavit, intuitu ejus imperfectam vocare licet, cum tamen ex mente Auctoris, qui domum mediocris conditionis extruere voluit, perfecta ac absoluta sit. Cum itaque aliquod individuum vident, quod cum concepto exemplari, quod res ejusmodi habent, minus convenit, ipsam naturam tum defecisse, remque imperfectam esse credunt. ex præjudicio magis, quam rerum verâ cognitione, cum potius dicendum esset, unumquodque individuum suam habere essentiam sive realitatem & alterum altero plus habere. Perfectio igitur & imperfectio revera modi solummodo sunt cogitandi, nempe notionis, quas fingere solemus ex eo, quod ejusdem speciei aut generis individua ad invicem comparamus, & quatenus alia aliis plus entitatis seu realitatis habere comperimus, eatenus alia aliis perfectiora esse dicimus. Quem admodum bonum quoque appellamus,

lam
ut a
bis
mus
scim
plan
fect
ten
nus

De
ac i
ber
def
run
anc

fer
ri,
igr
tes

gr
nu
Ca
in
co
be

lamus, quod certò scimus medium esse, ut ad exemplar humanæ naturæ, quod nobis proponimus, magis magisque accedamus; Malum autem id, quod certò scimus impedire, quo minus idem exemplar referamus: Unde & homines perfectiores aut imperfectiores dicimus, quatenus ad hoc idem exemplar magis aut minus accedunt.

Ad objectionem sive quæstionem scur Deus omnes homines non æquè perfectos ac ita creaverit, ut solo rationis ductu gubernarentur? Respondetur, 1. Quia ei non defuit materia ad omnia ex summo nimirum ad infimum perfectionis gradum creanda.

2. Eandem Graduum perfectionis differentiam etiam in aliis creaturis observari, Sic nobilis equus umbra virgæ regitur, ignavus ne calcaribus quidem excitari potest.

3. Perfectionis terminum nil aliud significare quam modum cogitandi humanum, res diversas inter se comparantem, Cæteroquin unamquamque creaturam ac individuum esse perfectum in se, quia est conformis Decreto divino, & tantum habet realitatis quantum Deus ipsi dedit. *v. Additum.*

Cap.

Cap. VI.

De Philosophiâ morali &
Lege Naturæ.

§ I.

INter ea, quæ homini verè bona sunt, & ad summum bonum faciunt, est Philosophia moralis, sive doctrina de statu hominis naturali, & Entibus Moralibus deque Lege Naturæ, indeque fluentibus Officiis Hominis & Civis.

§ 2.

Status hominis naturalis est quo homo sui juris est, ac ex proprio arbitrio discernere potest, quid sibi tanquam bonum amplectendum, quidque sibi tanquam noxium fugiendum sit,

Hinc Statui Naturali opponitur Status hominum adventitius de quo §. sequenti:

§ 3.

Entia moralia sunt modi quidam personis & rebus physicè perfectis ac eorum motibus superadditi ab Entibus intelligentibus, Deo, tanquam causâ primâ & originariâ, & hominibus tanquam causâ proximiâ

mâ ad dirigendas actiones hominis voluntarias, ne brutorum instar vivant, sed rationalem & socialem vitam agant.

Suntquè entia moralia 1. Diversi hominum status & dignitates, factò, sive per impositionem hominum, homini advenientes; scilicet, Status Imperantium & Parentium, e. g. Patris familias, Filii familias, Domini, Servi; Regis, Civis, Nobilis, Plebeji. &c. &c.

2. Diversæ actionum humanarum denominationes, & distinctiones. Per entia enim moralia fit, ut actio sit justa & injusta, bona, mala, vel peior, poenâ aut præmiò digna &c.

3. Diversæ rerum denominationes, & distinctiones, nam per Entia moralia fit, ut res diversum jus & obligationem involvant, & diversimodè denominentur. Hinc res sunt vel sacræ vel religiosæ, privatæ, publicæ, propriæ, alienæ &c. &c.

§ 4.

Persona moralis est homo spectatus cum statû suò adventitio, quem habet in vitâ communi, Porrò Persona moralis est vel Simplex vel Composita.

Illa est simplex homo cum statû suò adventitiò consideratus. Hæc est Societas

cietas hominum per vinculum morale in unum systema connexorum & consideratorum cum statu suo aut munere, in quo in vita communi versantur, adeo ut ipsorum actio & voluntas pro una, non pro pluribus censeatur, uti Ecclesia, Civitas, Respublica, Regnum, Senatus, Legio, Collegium.

§ 5.

Actio moralis est actio hominis in vita communi ad normam legum considerata.

§ 6.

Res moralis est res, quatenus pertinet ad personas.

§ 7.

Qualitates morales hominibus additæ, sunt Potestas, Jus & Obligatio, de quibus Vide Puffendorium.

Quantitates morales hominibus additæ, sunt diversæ eorum dignitates & Estimaciones: Quæ rebus adduntur, vocantur pretium: Actionum quantitas peculiariter vocabulo caret.

§ 8.

Quemadmodum Entia moralia per
impo-

impositionem hominum oriuntur, ita per eorum abolitionem tolluntur, cum hoc tamen discrimine, ut quæ ex natura hominis rationalis fluunt, & cum eâ connexa sunt, non nisi quoad obligationem externam tolli possint. Sic quidem homines ebrietatem impunitam relinquere, vel poenam ei impositam tollere possunt, non autem efficere, ne ebrietas vitium noxium & fugiendum sit.

§ 9.

Principium vel causa, ex quâ Entia Moralia & omnia hominis officia fluunt, & deduci possunt, est Cognitio Dei & Propria cujusque Utilitas ita temperata, ne socius, extra casum extremæ necessitatis, ullo modo lædatur, quin potius indemnis præstetur & juvetur. Alio nomine illud principium vocaveris Legem naturæ, quæ est Decretum Dei, cuius vi homo ratione pollens Dei conscius, & naturæ suæ convenienter h. e. rationaliter & socialiter vivit.

§ 10.

Lex Naturæ improprie voce legis designatur, quoniam non est Jussum Dei, sed necessarius Decreti Divini effectus sive consequens, adeo ut quæ Creatura ratione præ

prædita est, non possit non Deum cogno-
scere, amare, laudare & in eò acquiescere,
sequè ipsam sine læsione alterius (extra ca-
sum summæ necessitatis) conservare, per-
ficere, multiplicare, aliosque ut secum sen-
tiant, ac æquè rationaliter & socialiter vi-
vant, erudire & flectere, imò legibus &
pœnis obstringere, uti Pater liberos, Do-
minus Servos, Imperans Subditos, Sapi-
ens animo impotentes: Unde tandè
officium fit, quod non nisi necessarium ra-
tionis consequens erat, quod Paulus vocat
Des Gesetzes Werk von Natur. Epist. ad
Rom. c. 2. v. 14. 15. Neque enim alio me-
dicamine ad curandum imperitiam utilita-
tis uti licuit quàm pœnæ a lege præscriptæ
timore, uti loquitur Porphyrius apud Gas-
send. Animadv. in Philos. Epicuri.

Leges naturæ originaliter spectatæ nil
aliud sunt, quàm Consilia rationis sive Con-
clusiones aut Regulæ ex Principiò Cogni-
tionis Dei, Propriæque Utilitatis & Sociali-
tatis deductæ aut fluentes, eâdem ratione
ac Regulæ Physicæ, Medicæ, Oeconomicae,
quas homo rationalis necessariò sequi-
tur, cum fructu, rudis ignorat & negligit
cum damno. Omnes ejusmodi Regulæ
autorem agnoscunt Deum, sive ex Deo &
naturâ hominis rationali ac sociali fluunt,
sed

sed propterea non sunt leges proprie dictae sive iussa quorum transgressionem, aut neglectum aeterni cruciatus consequantur. Sed malum, quod neglectis eiusmodi regulis actionem vitiosam sequitur, est necessarium consequens vitiosae actionis & intra sphaeram hujus vitae terminatur. Sic intemperantiam sequitur morbus, injuriam laesio reciproca, ignaviam in rebus Oeconomicis inopia & fames &c. &c. Vide cap. 5. § 9.

Verum etsi moralia documenta formam legis ab ipso Deo non acceperunt, nihilo secius tamen Divina sunt & salutaria; & licet Bonum, quod ex Virtute & amore divino sequitur, ex necessitate divinae Naturae emanet, non vero ab eo ut Judge praemii loco detur, non est propterea minus optabile, ut nec contra mala, quae ex pravis actionibus & affectibus sequuntur, ideo quia necessario ex iisdem sequuntur, minus timenda sunt. Communis vulgi persuasio alia videtur esse. Plerique enim moralia documenta pro legibus habent, quibus libertas eorum circumscribatur, & se eatenus liberos esse putant, quatenus libidini & passionibus indulgere licet. Pietatem & Religionem pro servitute habent, cujus pretium post mortem expectant, ac
meru

mietu poenarum cum temporalium tum
 æternarum, etne crucatibus æternis sive
 gehennâ puniantur, inducuntur, ut ratio-
 naliter & socialiter vivant: Et nisi hâc spe
 & metû ducerentur, & contrâscirent, men-
 tes cum corpore interire, affectibus poti-
 us, quàm rationi obsequi mallent: quod
 quidem non minus absurdum est, quàm si
 quis propterea quod non credit, se posse
 bonis alimentis corpus in æternum nutri-
 re venenis potius & lethiferis se exsatura-
 re vellet, vel quia videt, mentem non esse
 æternam seu immortalem, ideò amens
 malit esse & sine ratione vivere.

§ II.

Etsi igitur ante latas leges positivas
 actiones hominis morales improprie offi-
 cia appellantur, rectè tamen id fit præsup-
 positis Societatibus cum simplicibus tum
 Civilibus, item Theologiâ Positivâ, Eccle-
 siis, Scholis, legibus, Doctrinâ, postquam
 homo hominem in statu Domestico &
 Civili ad faciendum officium legibus &
 poenis obligat & adigit. Ita enim de hâc
 re differit Porphyrius: quod si omnes pos-
 sent peræque & nosse & mente tenere quid
 utile sit, legibus haudquaquam egerent,
 sed suapte spontè ab iis caverent quæ illæ
 vetant, agerent, quæ illæ præscribunt, quan-
 do

do vel agnoscere solum quid utile, quid noxium sit ad inducendum horum quidem fugam, illorum vero prosecutionem, satis superque idoneum est. At verò comminatio poenæ adversus eos, qui quid expediat non prospiciunt, est necessaria. Si quidem poena impendens cogit eos refrænare impetus qui ad actiones pravas instigant, ac ad agendum, invitè licet, quod sit consentaneum compellit. V. Gassendi A. in Ep. v. *Additamenta.*



Cap. VII.

De Officiis Hominis erga Deum. v. *Additamenta.*

§ I.

Quandoquidem Deus est Primus motor omnium rerum, quæ moventur. movet quoque hominem cogitantem seu rationalem ad se cognoscendum, amandum & colendum. Et quem sic movet, is non potest non Deum colere, ac revera colit: quem ratione non movet, qui- que neque doctrinâ neque verbo scriptô

F ad

ad cognoscendum & colendum Deum adducitur, is neque Deum colit, neque colere potest, e. g. infans, furiosus, mente captus, simplex, rudis, paganus. Vide Recherche de la verité lib. 4. c. 1.

§ 2.

Cultus Dei est vel Internus vel Externus. Internus consistit in cognitione Dei, unde fluit amor Dei, admiratio, laus ejus, acquiescentia in Ipso, & hunc potissimum Christus docuit & urfit. Vid. Præfat. ad Opera Posthuma Spinosæ.

Externus est præscriptus vel Sacro Codice, vel Imperantium arbitriò & jussu, estque multifarius & eatenus bonus, quatenus ad summum bonum ducit; malus autem, superstitiosus & tyrannidem olens est, quatenus homines inani metû & anxietate implet, corpus affligit, mentem deprimit, obnubilat, atque in ignorantia detinet, falsis Ideis imbuit, & ad intolerandam servitutem adigit, & ab usû rerum licitarum arcet, quæ est superstitio cane pejus & angue vitanda, e. g. Plerique Romanensium Catholicorum ritus. V. Coloss. cap. 2. v. 16. 21. 22. 23. I. Tim. 4. v. 3. 4. ^u

Additam.

§ 3.

Deum esse, & quid sit, capite primò adum-

adumbratum est: Plura, de attributis
 ejus ratione cognitis, lege in Clerici Pneu-
 matologia, ac breviter sic habe, ut propri-
 am agnoscens infirmitatem, testeris, præter
 eas perfectiones, quas ex quadam analogiâ,
 seu comparatione ad eas, quæ sunt obser-
 vatae, in creaturis, cognovisti, esse in Deo
 alias, quas ne subodoramur quidem; ac
 proinde profitearis, istas, quas ipsi tribuis,
 tantâ in eo esse eminentiâ, ut quicquid
 præclarum de iis capias, sit longè minus,
 quàm vel atomus ad Universum compa-
 rata. Ita profectò intelligemus, & quic-
 quid perfectionis observamus in rebus,
 posse Deo attribui, & interim tamen detra-
 hi debere, quicquid umbram, suspensionem-
 ve imperfectionis, invehere potest; siqui-
 dem, neque potest satis perfectionis illi at-
 tribui, qui inexhaustum est pelagus, à quo
 perfectio omnis dimanat, neque satis im-
 perfectionis illi adimi, aut de eo negari, in
 quo nulla est imperfectio. Vide Gassend.
 A. in P. E. tom. 2. p. 52. Quod ad Dei
 cultum attinet, in statu naturali internus
 sufficit. In Statu Civili, præscriptò modò
 colendus. Illa est Theologia naturalis.
 Hæc Civilis.

§ 4.

Preces, quæ pars Cultûs Divini cen-
 ten-



sentur, maximâ ex parte sunt signa appeti-
 tuum nostrorum, qui si sint irregulares,
 inutiles, noxii, nec tendant ad summum
 bonum, non pertinent ad Cultum Divi-
 num, sed sunt vani conatus, & contrarii
 interno cultui, cujus pars est acquiescen-
 tia in omnibus, ad quæ Decretô æterno
 determinamur. Modus loquendi vulga-
 ris est, cum Deus precibus flecti dicitur.
 Immutabilis enim est nec aliud precibus
 dat, quàm quod se precibus daturum
 constituit. Quapropter nulla sanctior
 precatio institui potest, quàm ea quâ ju-
 bemur postulare, ut Dei voluntas fiat:
 quippe uti unum id contingit, quod pro
 voluntate Dei est, ita id ipsum est quod De-
 us dare postulanti constituit, V. Gassend.
 A. in E. P, t, 2. p. 59.

§ 5.

Piæ fraudes non sunt contemnendæ.
 Etsi enim falsiloquium supponunt, falsi-
 loquium tamen per se non est vitium, &
 piæ fraudes media sunt, eos, qui verita-
 tem agrè capiunt, & ad virtutem natu-
 raliter proni non sunt, ad meliorem vitam
 flectendi, adeoque non magis impròban-
 dæ, quàm fraudes illæ, quibus Parentes
 infantes, Medici ægros ad salutem mo-
 vere,

vere, & à vitiis abstertere solent. Verùm
excessus superstitionem gignit, Vide Gro-
tium, & S. Puffendorium.



Cap. VIII.

De Officiis Hominis erga
seipsum.

§ I.

Qua ratione Amor hominis erga se
ipsum officium vocari possit, Cap. 6.
§. 3. expositum est.

§ 2.

Naturaliter homo Rationalis fertur
ad se conservandum, corpus animumque
perficiendum, seque multiplicandum: Sed
cum infantes, aut animo impotentes non
semper verum bonum, aut quod ipsis re-
vera utile est, dispicere possint, sed inadæ-
quatis ideis affectibusque abrepti sæpius
malum præ bono amplectantur, Legibus
positivis opus fuit, quibus intellectus ipso-
rum informaretur & naturalis ipsorum in-
clinatio dirigeretur & excitaretur.

§ 3.

Hinc patet, si quæstiones de Naturali
defen-

defensione proponas, easque secundum Legem naturæ sive instinctum naturalem decidas, statuendum esse, hominem non posse non omnibus modis à se amoliri, quod sibi noxium & funestum esse iudicat, è contrario ex re communi in usum suum veterem, quod ad sui conservationem necessarium putat; adeoque hostes etiam cœde à se repellere, in periculis communibus sui maximè rationem habere, etiam cum interitum aliorum res suas defendere &c. Fertur enim ad sui conservationem absolutè: Sed ne Amor proprius in excessum erumperet, in Civitatibus legibus Civilibus cautum & determinatum est, quid homini pro conservatione & defensione suâ verumque suarum liceat, quid minus, e. g. moderamen inculpatae tutelæ, & hinc potissimum officii nomen deducendum, quæstionesque de hominis officiis erga se ipsum discutiendæ sunt.

v. *Aditiam.*

§ 4.

Ad quæstionem, an homo lege naturali teneatur, liberos procreare, vel se multiplicare? respondeo. Si legem, pro dictamine, & instinctum naturali capias, statuendum esse, eum ad id teneri, hoc est, ex constitutione corporis ipsius sequi, vel eum
natu-

naturaliter ferri, ad procreationem sui simili-
 lium, ac proinde rectè id facere, & malè im-
 pediri. Si vero legem, pro Jussu divinò
 capias, respondeo negando. Lumen enim
 naturæ, Jussum propriè dictum, ignorat, &
 cuius corp9, ad generandum, vel non aptum,
 vel non proclive est, eum nullâ obligatione
 divinâ vel naturali, ad id teneri, & Sapientio-
 rē haberi, qui libidinis affectu suppresso, cœ-
 libatum matrimonio præfert. Vid. Gassend.
 A. in Ph. E. t. 2, p. ac propterea, totum hoc
 negotium, corporis constitutione, & in-
 stinctû, potius metiendum esse, quàm ratio-
 ne & lege.

§ 5.

Ad quæstionem, An homini, certò
 casû, vitam abrumpere liceat? Responde-
 tur, regulariter hominem à morte abhor-
 rere, sed si vita, morte acerbior, & intolera-
 bilior sit, non posse non, malum maximum
 effugere, nec eò ipsò, contra rationem
 agere, & ex duobus malis, sive mortis ge-
 neribus, rectè eligere minus acerbum, pla-
 cideque ut obdormiscat, efficere.

v. Additam.

Cap. IX.

De Officiis Hominis erga
alios.

§ I.

Recta hominis ratio clarè docet, non
lædendos esse alios æquè homines,
quoniam sine societate sui similium homo
neque salvus neque beatus esse potest. Et
si uni alterum lædere integrum esset, alteri,
qui æque homo est, idem liceret, adeoque
homo se conservare non posset, quod ta-
men potissimum intendit.

§ 2.

Ex ratione proprii commodi & utili-
tatis quoque consequitur, ut alter alterum
re vel operâ adjuvet; Unde beneficia &
gratitudo, sine quibus homo beatus esse
nequit.

§ 3.

Cum communio sit mater discor-
diæ, nec mutua beneficia sufficiant ho-
minis cupiditatibus explendis, factò hu-
manò introducta divisio rerum, pacta &
con-

contractus varii generis, Satus Civilis, Le-
ges, unde infinitæ cum hominis tum Civis
distinctiones & officia propullularunt, quæ
omnia originem debent ingenio humano,
suntque Entiamoralia, nec Deum ita auto-
rem habent, uti res naturales, de quo vi-
de Puffend. Jurisprud. Univers. Cap, 7. §. 5.
pag. mihi 105. *v. Additamenta*

§ 4.

Plura de Officiis hominis & Civis le-
ge in Samuelis Puffendorfi libris de Ho-
mine & Cive, & Jurisprudentiâ Universalis
quibus scriptis omnium optimè & dex-
terrimè Philosophiam Moralem & Politicæ
fundamenta docuit, antegressus Grotium
& Hobbesium, qui tamen facem ipsi præ-
tulerunt, ut ipse ingenuè fatetur.



Cap. X.

Appendix de Anima.

Anima hominis duplici sensû capitur
vel pro vitâ, vel pro mente.

Priori significatione est legitima hu-
morum in corpore humano existentium

F §

fer-

fermentatio & fluxus : de quô nullum
dubium.

Quatenus verò ^{Anima} mentem significat,
diversas à diversis Philosophis sortita est
definitiones. Quidam eam definiunt,
quod sit Spiritus corpore humanô deter-
minatus. Sed hi essentiam ejus non sa-
tis explicarunt : Nesciunt enim nec pos-
sunt exprimere terminis positivis, quid sit
Spiritus, quem dicunt esse immaterialem,
hoc est, rem non intelligibilem & incogni-
tam, perinde ac si hominem definirem,
quod non sit ferreus. Rectius & clarius
essentiam mentis indigitarunt illi, qui eam
facultatem cogitandi nominavere. Sed
cum definiendum porro esset, quid sit co-
gitatio, unde, & quomodo proveniat, hæ-
sitarunt plerique fatentes, se id non satis
scire, cum mentem non possint intelligere,
neque imaginari, sed eam tantum per con-
scientiam noverint, sive ejus conscii sint
per operationes, quas edit. vide Autorem
de la Recherche de la verite.

Mihi minimè absurdum, sed veritati
omni ex parte congruens videtur, mentem
hominis definire, quod sit melior pars ho-
minis, quâ cogitare potest & quandoque
cogitat, constans cerebrô & infinitis ejus
orga-

Organis, variè modificatis, affluxû & circulatione materiæ subtilis, itidem diversimodè modificatæ, tam per varia & infinita organa cerebri, quàm vi impulsûs (1) imaginum in phantasiâ impressarum, (2) Sensuum & objectorum, tanquam causarum proximarum, (3) Deinde circulationis sanguinis, (4) Respirationis, (5) Aëris, (6) Dei, qui est causa prima & motor causarum secundarum. Deus enim movet aërem, Aër efficit respirationem: Respiratio promovet circulationem, & fluxum sanguinis, & spirituum: Spiritus, hinc & inde fluentes, objectis concurrentibus movent Sensus: Sensus imprimunt imagines: Ex imaginibus oritur cogitatio, quæ nil aliud est, quàm actus mentis motæ ad considerationem idearum & objectorum.

Idea nil aliud est, quam objectum immediatum mentis, sive sit imago, sive cogitatio, menti denuò ad contemplan- dum objecta. Unam enim cogitationem alterius, sive cogitationem præcedentem, objectum fieri Cogitationis subsequenter, extra dubium est.

Ex prædictâ definitione facilè videre est, mentis essentiam quatuor requisitis constare: 1. Materiâ subtili & fluxili 2. Flu-

xu & motû legitimô 3 Organis cerebri bene dispositis & integris. 4. Determinatione & modificatione variâ cerebri ejusque organorum & materiæ fluentis per organa.

Quod si horum requisitorum aliquod deficiat, facile colligi potest, mentem esse debilem, imperfectam, morbosam, cogitationesque & ideas imperfectas, inadæquatas, falsas &c.

Definitionem animæ five Mentis modo expressam veram esse, evidentissimum Criterion five argumentum est, quod omnia phænomena animæ, ejusque diversæ modificationes ex illâ explicari possunt. E. G.

1. Ad quæstionem, Cur mens puerorum & senum sit minus potens, quàm eorum, qui mediæ ætatis sunt? Respondeo, (a) Quia organa puerorum sunt mollia, nimis flexibilia & tenuia. Senum vero ampliora, duriora & minus flexibilia: Virorum mediocris consistentiæ (b) Succus nerveus puerorum copiosè affluens, tenuis, nimis mobilis; Senum parcius affluens, lentus, viscosus, austerus: Virorum mediocris naturæ. (c) Determinatio materiæ fluentis in pueris facilis, nec diu durans,

rans, inconstans: In senibus difficilis & pertinax: In viris mediocris & constantior.

Ad quæstionem 2. Cur ebrii ante discussam crapulam mente ferè sint destituti?

Respondeo. Quia subtilis materia nimium auctâ circulatione sanguinis, & per consequens omnium humorum nimis agitatorum cum impetû ruit ad cerebrum, & ejusmodi particulas secum fert, quæ heterogeneæ sunt, organa lædunt, & modum non admittunt.

Ad quæstionem 3. Cur morbus mentem hominis turbare, imo planè deicere possit, & quandoque soleat? Respondeo. Hoc fieri corruptis vel organis; vel humoribus, vel utrisque simul, eorumque fluxu, uti in phrenitide, & deliriô, melancholia, sive deliriô sinè feбри, maniâ sive furore, infaniâ, Epilepsia &c. Vid. Autores Medici.

Ad quæstionem 4. Cur affectibus æstuantibus mens sit impotens? Respondeo. Quia Fermentatione & Circulatione sanguinis, vel nimium auctâ, vel nimium imminutâ, materia subtilis quoque alteratur, & vel nimiô cum impetû, vel nimis lentè, & non sufficienti quantitate ad organa cerebri fertur.

Ad

Ad quæst. 5. Cur uno tempore ad meditando promptiores & aptiores simus, quàm alio? Respondeo. Quia uno tempore quatuor requisita mentis vel omnia vel singula se rectius habent, quàm alio,

Ad quæst. 6. Cur dormientes quoque cogitemus sive somniemus? Respondeo. Quia cum dormimus, fluxus humorum & subtilis materiæ non planè cessat,

Ad quæst. 7. Cur cessante ad tempus circulatione sanguinis, cessent quoque cogitationes, & restitutâ illa, homo denuò cogitet? Respondeo. Quia ad essentiam mentis pertinet subtilis materiæ fluxus, qui cessante circulatione sanguinis, quoque cessat, & restitutâ eâ quoque redit.

Ad quæst. 8. Cur alter altero perspicacior, intelligentior & Sapientior sit? Respondeo. Quia prædicta quatuor requisita mentis naturali beneficio & cultû in ipso præstantiora sunt. Simili modo ad infinitas alias quæstiones de animâ clara & sufficiens responsio ex prædictâ definitione elici, & dari potest, de quibus vide Craan de hominis memoriâ, imaginatione, & sensibus licet quoad mentem à me dissentiat, & Cartesium sequatur. *v. Additam.*

Ex

* *
*

Ex nostrâ definitione porrô claret:
Animam, sive Mentem per se & naturâ
suâ non esse immortalem, nec existere ex-
tra corpus humanum. Destructo enim
corpore, perit quoque sanguis, reliquique
humores & succi, eorumque fluxus &c.

Obj. Atqui vitam æternam suppose-
re animam immortalem. Respondeo.
Utique, sed quæ post resurrectionem totius
hominis, gratiâ Dei particulari, immorta-
lis sit futura, eodem beneficio ac corpus
sive totus homo fidelis & beatus, quem
Deus conservabit in æternum. E contra-
rio, quæ in Sacro Codice de morte æterna,
de potentia & voluntate Dei delendi ani-
mas reproborum per ignem traduntur, fa-
tis ostendere, animam naturâ suâ non esse
immortalem, sed destructilem, uti omnis
creatura, quam Creator destruere & aliter
determinare potest, quia hoc ex Ipsius
Omnipotentia necessario sequitur.

* *
*

Nostra definitio porro ostendit, Ani-
mam hominis ab anima brutorum non
specie sed gradu tantum, verum multum
excellenti differre, quemadmodum & ani-
ma

Ex

ma insignis Philosophi, & rudis rustici multis gradibus inter se differunt. *v. Additam.*

In brutis enim prædicta quatuor requisita Mentis æquè deprehenduntur ac in homine: similes succi, similis fluxus, similia vasa & organa, similes determinaciones. Et plurimorum calculo brutis sensus, imaginatio & memoria tribuuntur. Sed nec omne iudicium iis denegandum esse, probant. 1. Appetitus rerum ipsis utilium & averfatio fugaque nocivorum: Iudicii enim pars est, cognoscere, quid verè bonum, quid verè malum sibi sit. 2. Apum Republica Monarchica, 3. Formicarum Republica Democratica. 4. Psittaci imitatio sermonis humani. 5. Equorum & canum artibus instructorum commercium cum hominibus per signa, quæ instar sermonis sunt, etiam inter homines mutos & alios. *v. Ad.*

Et quamvis anima hominis & bruti multis gradibus differant, utramque tamen ejusdem essentiæ esse, æque parùm absolum est, quàm quod ein Bratentwender mit einer Feder / æquè automaton est, quàm molendinum pneumaticum, quod multum frumenti molendo & asseres secando operatione tuâ Brateyvenderum mul-

multis gradibus superat & excellentius automaton est.

Si hominis sive animæ humanæ conditio sive essentia simili quodam declaranda, nullum molendinô pneumaticô congruentius occurrit, Uti enim ejus causa efficiens proxima extrinseca est aër vel ventus, & Causa Prima Deus, qui ventum & omnes causas secundas movet, Ita quoque aër est causa extrinseca proxima vitæ & animæ humanæ. Tolle enim aërem, & mox cessabunt respiratio, circulatio sanguinis omniumque humorum, breviter, vita hominis & cogitatio. Suppone porro hominem aëre purô temperatô frui, corpore & animô bené valebit. E contrario suppone, eum aërem impurum, crassum & malè temperatum haurire, mox fermentatio, circulatio sanguinis & materiæ subtilis deteriorabuntur, & homo corpore & animô minus valebit. Aptum quoque est simile, quod molendinum aquaticum suppeditat, præsertim tale, quod melodiam cantuum exprimit, uti prope Romam extat. Quemadmodum enim operatio talis molendini sive automatis multum dependet à dispositione rotarum, & qualitatibus aquæ vel cum impedimentis, vel sine illis vel in copiâ majori vel mi-

G

hori

nori in rotam ruentis, ita quoque multum interest, utrum homo humoribus naturaliter fermentatis & ritè fluentibus, an per affectus, vinum, nimium motum, variaque objecta nimis multum & nimis parum agitatatis ad meditandum vel cogitandum accedat. *v. Add.*

Obj. Hominem plura cogitare, quàm quæ in sensu incurrunt e. g. 1. Res abstractas. 2. Deum.

Respondeo (1) Homines res abstractas nunquam animo concipere posse, nisi antea res singulares senserint & imaginati fuerint. Quis enim genus intelligere poterit, nisi speciebus cognitis, & quis species cogitabit, nisi varia individua ejusdem naturæ sensibus antea oblata fuerint, quorum convenientiam & disconvenientiam animadvertere potuerit.

(2) Deum ipsum à posteriori ex operibus suis cognosci, ascendendo ab Effectis ad Causam Primam, à motibus ad Motorem Primum, & quò magis res particulares sive creaturas cognoscimus, eò magis cognoscimus Deum extensivè, & unionem, quam habemus cum Deo & Creaturis.

Deum esse Ens perfectissimum, nemini

minimè mentem veniret, nisi mundum aspexisset, vel ejus quidpiam per anticipationem & rerum naturæ contemplationem sensisset. Vide Clerici Pneumatolog. S. I. c. v. §. 20. &c. &c. Gassendi. A. in Phil. Epicuri t. 2. p. 38.

* *
*

Definitionem Animæ superius traditam, genuinam, adæquatam & sufficientem esse, inter alia arguunt Definitiones, sive Descriptiones Dei & Hominis capite imo hujus Opusculi expressæ.

Si enim Deus est unica & sola substantia, uti extra dubium est, anima non potest esse substantia, quemadmodum vulgò supponunt. Et si totus homo non est nisi pars Universi & modus substantiæ Divinæ à Deo & in Deo existens, Anima quoque, quæ est pars melior hominis, non potest esse aliud, quàm modus. Denique si omnis creatura non est nisi modus sive Ens à Deo & in Deo existens, neque anima hominis alterius naturæ esse potest: quæ argumenta sunt evidentissima, utpote à Definitionibus desumpta, ostenduntque quàm concinnè sententia nostra de anima cum naturâ Dei & aliarum rerum cohæreat.

¶ 2

Obj.

Obj. Hominem in scilicet prædicamentorum inter substantias referri. Respondeo; Ita esse, & hominem æquè ac alia individua, uti substantiam considerari posse, respectu modorum sive proprietatum, quæ ei insunt: Imò modum respectu modi, quò iterum modificatur, instar substantiæ haberi. e. g. Vestis respectu hominis est modus, & respectu globulorum vel aureorum vel argenteorum, vel ornamentorum, quæ ei adhærent, est substantia. Sic dicimus homo vestitus; & vestis auro interstincta. Verùm cum nulla pars possit esse vera substantia, quia non per se subsistit, sed adhæret toti, homo autem sit pars Universi, non à se, nec per se subsistens, sed à Deo & in Deo existens, patet, ipsum non esse veram substantiam: etsi per modum substantiæ respectu modorum suorum consideratur. Estque ejusmodi substantia nil aliud, quàm obscurum aliquod objectum, in quò existunt proprietates rerum quas novimus. Vide Clerici Logicam lib. I, c. I. §. 4. & cap. 3. §. II.

Absurdum & inutile est, individuum physicum ex duabus substantiis, nimirum substantiâ immateriali & substantiâ corporeâ compositum fingere, & ex homine Ente æque simplici & uno, ac alia quadam
cre-

creatura vivens, facere Ens aggregatum. Nam corpus non potest subsistere absque animâ, sed mox putrescit, & per eandem connexionem, & naturæ humanæ necessitatem neque anima absque corpore subsistere potest: Si enim homo esset ens aggregatum, dissolutô eô & anima & corpus deberent per se & extra unionem subsistere, quemadmodum societatis alicujus dissolutæ membra, aut entis aggregati partes post dissolutionem e. g. ovis à grege aut grani ab acervo seperati, quod cum non fiat, sed corpus dissolvatur, evidentissimum signum est, corpus non esse nisi partem integram non substantialem, nec animam alterius naturæ esse, cum aliàs, si substantia esse præsupponatur, corpus non esset nisi animæ adjunctum, sive accidens, quod absurdum, quia anima inest corpori, non corpus animæ, Et bruti corpus præstantioris naturæ esset, quàm hominis, quandoquidem extra dubium est, brutum in scalâ prædicamentorum inter substantias referri.

Impropria est locutio, & quæ errori quasi mens vera esset substantia, ansam dedit, cum dicitur, mens cogitat, intelligit, vult, judicat, ratiocinatur &c. Propriè enim loquendo dicendum est, homo cogitat,



intelligit, vult, iudicat, ratiocinatur scilicet
mente: Simili ratione ac dicimus; homo
currit, verberat, edit, canit, generat, non
autem pes currit, brachium verberat, os
edit, guttur canit, penis generat &c. ex
quibus omnibus substantias eodem modo
fingereliceret ac ex mente: & postea quæ-
rere, unde habeant suas proprietates, &
ignorare nexum, quem habent cum cor-
pore humano,

Evidens quoque indicium est, ani-
mam sive mentem hominis non esse nisi
partem hominis, quia simul cum corpore
incipit & desinit, crescit & decrescit, (uti in
pueris & senibus) ægrotat & sana est, sua-
viter & molestè afficitur, cibo & medica-
mentis æquè ac corpus reficitur & recrea-
tur, adeoque tam arctè cum corpore uni-
ta est, ut alteratò corpore mens quoque
alteretur, & alteratâ mente corpus vicis-
sim alteretur. *v. Addit.* Vide Gassendi dubia & in-
stantias contra Cartesium, Ratio cur ple-
rique immortalitatem animæ naturalem
tantò cum zelò adstruant, est, quod pu-
tant, vitam æternam hominibus obtingere
non posse, nisi anima eorum extra cor-
pus hominis possit existere & sit per se
immortalis. Sed cum scrupulus ille nul-
lius sit momenti: & ex Sacrà Scripturâ pa-
teat,

teat, Deum non solum mentem, sed & corpus quorundam hominum, hoc est totos homines resuscitaturum & conservaturum esse in æternum, cur circa rem claram cœcutiemus.



Cap. XI.

Appendix de Pœnis Divinis.

Rationes, cur Deus Vitiosos & Peccatores non puniat cruciatibus æternis, sunt.

I, Quia hoc repugnat Ipsius Essentiæ, Perfectioni, Sapientiæ & Potentiæ. Cum enim omnes & singulæ creaturæ sint modi essentiæ Divinæ à Deo ad certum modum existendum & operandum determinati, nullaque sit, quæ non sit in Deo, quandoquidem extra Deum, qui infinitus & immensus est, nihil existere potest; patet, Deum nihil fecisse, quod sibi sit adversum, sibi que repugnare possit, sed omnia, quæ Deus facit, bona esse, quædam autem neutiquam bona esse posse, si supponatur, Deum ab aliquâ suarum creaturarum vel operibus suis lædi, offendi, & ad iram & vindictam

et
no
on
os
ex
dô
æ-
&
or-

ni-
nifi
ore
in
ua-
ca-
ea-
ni-
que
cis-
in-
ple-
em
pu-
ere
or-
r le
ul-
pa-
eat,



ctam æternam omnium crudelissimam commoveri posse, quæ passiones & imperfectiones sunt hominum, nec in Deum cadunt, qui cum bonorum omnium fons & beatissimus sit, nullo bono carere, nullaque molestiâ affici potest. Vid. Gassendi Animad in Epicuri Phil. t. 2. p. 59.

2. Absurdum est, de Deo cogitare, Eum, qui omnia potest benè facere, imò pro Sapientiâ suâ non potest non omnia optimè facere, maximam partem sui ita determinare ut sibi & potentiæ suæ sit adversa, & objectum odii, iræ & vindictæ sibi sint e. g. tot myriades diabolorum sibi adversorum & contranitentium: Et tot homines contra voluntatem suam peccantes, Et tantum baratrum, quod maximam partem humani generis (tot sæculis adeo multiplicati, ut, si omnes reprobi simul resurgant, ad perpetiendum cruciatus æternos, nec Orbis terrarum, nec Sphæra Cœlestis eorum capax sit futura) in æternum continere debeat. Adeoque Deum, in quò omnia sunt, quæ sunt, & extra quem nihil est, quò plures generantur homines, eò magis degenerare in baratrum, infinitis Diabolis & reprobis infarctum, qui Deo adversi fuerint, ipsi in æternum maledicant, & in quos iram & vindictam infinitam exer-

exerceat. Hoc cunctis perfectioni & Sapientiae, Essentiaeque Divinae convenit, se Ipsum tam foedè modificare, cum possit omnia optimè determinare, ut essentiae & Sapientiae sive Intellectui suo congruant & conveniant. Vide Autorem de la Recherche de la verité Tom. 2. lib. 4. c. 1. pag. 4.

3. Quia poenae finis non est vindicta, nec inter homines, sed emendatio hominum, ut scilicet ab erroribus liberentur & à vitiis deterreantur, vel incorrigibilia societatis membra instar luporum tollantur, cui rei poenae temporales & mors sufficiunt, minimè verò cruciatibus aeternis opus est, utpote qui summam vindictam & crudelitatem, passiones a Deo Ente Perfectissimo alienissimas, spirant. Vide Strimezii Praxiologiam cap. 1. th. 24. ubi dicit, neque enim poenas immittit Deus ut sese vindicet, quod imperfectionem sapit, sed ut malos ad frugem reducat,

4. Quia vitia & peccata hominum ex Decreto Dei aeterno & per ordinem naturae sat poenarum & incommodorum temporalium plerumque sequuntur, adeò ut ad homines flectendos metum cruciatuum aeternorum opus non sit. In statu enim naturali ignorantiam Dei comitatur superstitio, idololatria & metus rerum invi-

sibulum: Intemperantiam morbi animi & corporis sequuntur; Læsionemque Socii mutua læsio & officiorum humanitatis denegatio: In statû Civili leges poenales, Carnifex, patibulum, gladius, rota, ignis aqua, mulcta &c. accedunt, hominesque plus terrent, quàm metus gehennæ, quam plerique non credunt.

5. Quia Sacer Codex ipse de animæ interitu & morte secundâ æternaque loquitur, nec Deus Adarno pro maximô peccatorum aliam poenam minatus est, quàm mortem vid. Gen. 2. v. 17. Gen. 3. v. 19. Jesai. c. 66. v. 24. Judæ, 7. 2. Petr. 2. v. 4. Judæ. v. 6. Heb. 10. v. 27. Deut. 4. v. 24. 25. 2. Pet. 3. v. 10. Jes. 34. v. 15. 8. Mat. 10. v. 28. Lucæ. 12. v. 4.

Obj. 1. Homines quosdam Deum non satis cognoscere nec colere, & contra propriam utilitatem agere, sociosque lædere: unô verbo peccare, & propterea cruciatibus æternis dignos fieri.

Respondeo. Eos lædere seipsos & alios, eoque ex Decreto summi rerum omnium Moderatoris legibus & poenis humanis rectè coërceri & ad meliorem vitam adduci: Sunt enim summi Imperantes Vicarii Dei. Sed non offendere Deum, qui lædi

lædi nequit, nec cultû hominis indiget: nec offenditur, si brutum, infans, furiosus, ignorans eum non colat, noluit enim ab iis coli, ceteroquin iis cognitionem sui indidisset.

Obj. 2da. Atqui Voluntati Dei adversum esse, ut homo hominem destruat. *v. Add.*

Respondeo. Si homicidium sit malitiosum, esse peccatum contra legem socialitatis ac poenâ mortis dignum: Ceteroquin Deo non magis hominis interitum posse esse adversum, quam omnium aliarum rerum corruptio & mutatio. Nil enim in rerum natura frequentius est, quàm ut una res aliam destruat & mutet. Sic bruta majora minora, & homines bruta & pecudes occidunt, mactant & in cibum vertunt, hostis hostem licitè destruit. Carnifex delinquentem jure necat: Amicus Amicum in casû extremæ necessitatis, quando alterum perire necesse est, rectè deserit, ignis consumit combustibilia, aqua cavat lapides; terra absorbet aquam &c. quô ipsô nihil essentiæ vel potentiæ vel intellectui Divino contrarium fit, nec universo aliquid decedit, sed res particulares juxta leges naturales physicas tantùm aliter modificantur & determinantur: natura enim non patitur vacuum. Eleganter hoc

hoc exprimit Lucretius. Haud igitur penitus pereunt, quæcunque videntur, quando aliud ex aliô reficit natura, nec ullam rem gigni patitur, nisi morte adjutam alienâ, nihil enim potest creari de nihilo, neque item genitum ad nihilum revocari. Natura enim unumquodque in sua corpora rursus dissolvit, neque ad nihilum interimit res, æterno quoniam constant semine quæque. Vid. Recherche de la Verite tom. I. p, 437. lib. 3. c. 10,

Obj, 3tia. Pugnare contra Justitiam Dei, si reprobos non infinitis cruciatibus afficiat.

Respondeo. Improbos contra propriam utilitatem & societatem agentes per ordinem naturæ in hac vitâ varia incommoda, mutuas læsiones & poenas temporales manere & sequi adeoque eos impunitos non esse.

Deinde Justitiam, qualis hominibus tribuitur, quæque est constans voluntas suum cuique tribuendi, impropriè Deo attribui, nec nisi *ἀνθρωποκρατῶς* de eo prædicari, cum Deus nemini quid debeat, aut obligetur, quemadmodum Judex humanus. Ejus Justitiam Sapientiâ & Potentiâ ejus esse æstimandam, non modulo ingenii

nii humani. Porrò nullam esse proporti-
onem inter vitia hominum finita, nec De-
um tangentia, & infinitos Cruciatuſ. De-
nique legibus naturæ nullas alias poenas
appoſitas eſſe, quàm quas ratiocinandò
prævidere poſſumus, & in quas vitioſè
agendo incidimus, quæ ad regendos ho-
mines ſufficiunt & proportionem cum eo-
rum delictis habent.

Objectio ^{4^{ta}} Deum, uti bonitate ſuâ, mul-
ta in homines confert beneficia, ita offen-
ſum quoque irasci, & peccatores, malis
mulctare.

Reſp. Bonum & malum hominibus
obtingere, Decreto Dei æterno, cujus vi,
Virtutes ſequitur Voluptas, & vitia Dolor:
Minimè autem ex paſſione & commotio-
ne ſubitaneâ, qualis in hominibus depre-
henditur, quoniam Deus a nemine mo-
veri poteſt; Sed ſummâ Sapientiâ, & pro-
prio beneplacito, ab æterno, hunc rerum
ordinem conſtituit, ut bonam actionem,
boni, malam, mali effectus ſequerentur,
quos ſuperſtitioſi homines, non niſi ab ira-
to Deo, extempore proficiſci, ſive poenæ
loco, infligi credunt, ac ſi Deus indefinè-
ter, quaſi in tribunali ſederet, ad dijudi-
candum, & puniendum, infinita infinito-
rum

rum hominum peccata, aut quasi mala hominibus, ac aliis creaturis, non obtingere possent, nisi ab offenso & irato Deo, quæ tamen innocentissimis quoque accidunt, per ordinem rerum naturalem. Vide Gas-sendum de hac materiâ, suo Sensu differen-tem; & Appendicem: Von dem ewigen Zoo-de, und von der Ewigkeit der Strafen der bö-sen Menschen.

Supplementum Capitis IVti

§i 2di. p. 29.

Fortunam & Fatum quidam inter Principia Actionum Moralium collocant. Quò fundamentò, ex utriusque definiti-one facile apparebit.

Fortuna propriè appellatur, cum ex omnibus, quæ concurrunt, Causis, ad effe-ctum aliquem productum aut producen-dum, nulla cogitavit, id, quod ex ipso con-cursu evenit, aut eventurum est. Unde constat, eam esse per se ac reverà nihil, cum, ubi ipsas per se causas seposueris, su-persit sola Negatio prænotionis concursus & intentionis eventus, Adeoque Cicero Rectè, inquit, Error, cæcitas & ignorantia rerum atque causarum, Naturæ atque For-tunæ Nomina induxit, inter quæ, haud alia differentia est, quàm quod Fortunæ nomen

nomen connotat aliquam, in homine, eorum, quæ Natura facit ignorantiam, quæ ipsi profecto non minus, quam scientia res merè extrinseca est, cum seu quis sciat seu nesciat, Natura semper res suas agat, neque illi quidpiam contingens sit.

* * *

Fatum est Decretum Dei æternum, cujus vi unumquodq; ex alio tanquam effectus a suâ causa necessario sequitur, positò tamen, nihil intervenire, quod prohibeat, ne consequatur, e, g. Naturale, adeoque fatale est, ut homo ab homine, equus ab equo generetur. Potest tamen generatio, modis pluribus, vel impediri vel variari. Ex naturâ quoque intemperantis sequitur ut heluetur: Ratio tamen ac lex quandoque interveniunt & prohibent, quo minus naturæ obsequatur, efficiuntque, ut præter naturam, continens evadat, uti Socrates, Sic positò sano & robusto corpore, naturaliter sequitur vita longa, nisi intemperantia, ac audacia &c. morbum & mortem accelerent, Si objeceris, Etiam impedimentum illud interveniens, ac prohibens, fatale esse, adeoque omnia absolutâ necessitate fieri. Respondetur: Distinguendo inter causas intervenientes, naturales & morales. Illæ ex absolutâ neces-

necessitate interveniunt. Hæ liberè simul ac necessariò. Produxit enim Deus causas necessarias & liberas, quæ utræque ita subsunt Divinæ Providentiæ, ut utræque suis quæque modis suas agant vices, adeo ut ex causis necessariis sequatur effectus absolutà quâdam necessitate; Ex causis verò liberis, Liberè simul & necessariò. Liberè quatenus homo ante determinationem intellectus & voluntatis suæ indifferens erat quò flecteretur: Necessariò postquam homo determinatus fuit ad hoc potius quàm illud agendum, quæ necessitas vocatur Necessitas ex suppositione determinationis: Supposito enim, quod Hercules a Vitio & Virtute sollicitatus, judicaverat, Virtutem esse Bonam, non poterat non eam sequi: Antequam verò hoc judicasset poterat decipi & Vitium bonum opinari, adeoque eâdem necessitate sequi.

Unde patet cum grano salis accipiendum esse dictum hoc. Inevitabile est fatum, Non enim Fati necessitas usque quaque absoluta est sed quandoque conditionalis, uti circa actiones hominum morales, utpote quæ ab hominis judicio legibus flexibili proficiscuntur.

Est

* * *

Est igitur **Fatum** principium actionis
Moralis in homine, quoniam **Decretum**
Dei ab eius essentia non distinguitur, nec
aliud est quam **Deus Volens**, quod olim
jam ab **Ethnico Seneca** animadvertum
est: cum dicit, vis illum scil. Deum, **Fatum**
vocare? Non errabis: Hic est ex quo su-
spensa sunt omnia, **Causa Causarum**.

Est quoque **Fortuna** principium acti-
onis Moralis in homine, quatenus pro
Natura Naturante h. e. **Deo**, ejusque **De-**
creto accipitur, minime verò quatenus
connotat ignorantiam hominum circa
concursum causarum.

NB. Origo plurimorum errorum est,
quod **Homo** læpius introducitur tanquam
agens & motor, cum non sit nisi patiens
& motus. Quomocunque enim mo-
veat semper tamen movetur ab objectis
&c. & **Primo Motore Deo**. Nec liber
est nisi quatenus movetur idæis suis ad-
æquatis hoc est **Ratione Rectâ**; Tum
enim optimè movetur, utpote depen-
dens a **Primo Motore Deo**, non tanquam
lapis sed ut **Creatura rationalis**. Sed usus
& consuetudo loquendi adeo obtinuit ut
H rectè

H

rectè

rectè sentienti sæpius phrasès vulgares præ-
 ter intentionem excidant: e. g. phrasìs
 magis philosophica est cum dicitur frigore
 afficior quàm simplex terminus frigeo,
 item ratione motus hoc feci, quàm Gallica
 illa; m'estant resolu i'ay fait cela: item ve-
 rius est dicere homo ad hoc determina-
 tus fuit, quàm homo se ipsum ad hoc de-
 terminavit. Libertas hominis enim ni-
 hil aliud est quàm flexibilitas hominis pas-
 siva non activa. Sic cum Petrus Christum
 abnegabat liberè hoc faciebat, quoniam
 non cogebatur a principio quòdam ex-
 trinseco cum renitentiâ abnegare, attamen
 necessario. Non enim, ut quidam
 loquuntur, se ipsum ad abnegandum de-
 terminabat; Sed metu ne cum Christo pe-
 riret ad abnegationem determinabatur,
 quod Christus præviderat, adeoque quia
 illud futurum erat, prædixerat. Vide Gas-
 sendi Animadv. in Epicurum tom 2.

pag. 242. *u. Addition,*

Cap.

Cap. XII.

Fundamentum & Ele-
menta Religionis
Christianæ.

§ I.

Verbum Concreatum sive Lumen Na-
turæ, & Verbum Dei Revelatum nun-
quam sibi contradicere debent, quia Veri-
tas per rerum naturam non potest esse nisi
Una, & Deus qui Autor esse utriusque sup-
ponitur, a se nunquam dissidet.

§ 2.

Facilius tamen per Verbum Revela-
tum homines docentur & reguntur, & *circum quas*
plus ipsis per illud innotescit quam per *dam mate-*
Concreatum scire integrum est. Plerique *rias*
enim mortalium, divitiis libidini & ambiti-
oni operam dant, summum ibi bonum *av. Addit:*
quærentes & hisce tribus objectis adeo oc-
cupantur, ut mentem sive rationem exco-
lere, seque ipsos perficere his non vacet. Et
minima pars hominum vel mente adeo
pollet, vel ei excolendæ operam dat, ut
Deum; Mundum & se ipsos ex libro naturæ
H 2 cogno-



cognoscant vel regulas officiorum suorum inde colligant. Serum quoque nimis est liberos juniores suo velut instinctui relinquere, quoad propria per ratiocinia officia erga Deum, se ipsos & alios eruant. Atque inde orta Legislatorum & Religionis, cujuscunque, etiam ab hominibus paganis inventæ & conditæ, Ecclesiarum siue Templorum & Verbi, Legisque scriptæ necessitas, ut, qui congenito lumine non utuntur, alienô & breviori faciliorique viâ in Virtutis viâ ad Salutem ducantur: Fide scilicet, & Obedentiâ, Spe præmiorum, metuque poenarum. Fides enim & Ratio unum & idem intendunt, & quod homo rationalis ductu rationis agit, idem facit fidelis ex fide. Vide Gaslendi Animadv. in P. E. t. 2. P. 41. 42.

§ 3.

Sacer Codex, quô Christianorum Religio nititur, à Variis Autoribus Sapientibus Virtuosis & piis conscriptus omnia clarè continet, quæ de Deo, Christo, Spiritu Sancto, voluntate Dei, ejus promissis, hominum statu vitioso, eorum redemptione emendatione & salute temporali ac æternâ scire necesse est. Cæterùm Scriptores ejus, humani aliquid passos esse, nullum dubium est. Est enim Codex ille mancus,
 Vetus

Vetus præsertim Testamentum, cùm ratione historiae, ejusque connexionis, item Chronologiae, tùm quia multa ibi sunt, quæ secundum phantasiam humanam & ad captum vulgi scripta sunt: Deinde nil minùs, quàm Veritates Philosophico-theoreticas tradit, multosque errores gignere aptus est, si quis Philosophiam inde exsculpere velit, aut quævis phrasis ac enunciatio digito Dei scripta esse præsupponatur. Tantâ incuriâ & caligine tantâ scripta sunt, ut nihil plerumque intricatius, nihil obscurius legi possit. Causa hujus rei, Deum se noluisse planè manifestum dare, & voluisse habitare in nebulâ sub Veteri Fœdere: sub Evangelio comprimebat discipulos, aliosque ne quis esset, evulgarent: quicquid præterea dicebat, Parabola erat. Si coram perplexè locutus Deus, quid mirum scriptis eadem tradita perplexius: Deinde scripta illa non integra ad nos transmissa, nec sunt Autographa, sed Apographa.

Il n'est pas nécessaire pour être agréable à Dieu, de scavoir exactement, que nos sens nôtre imagination & nos passions nous representent toujours les choses autrement qu'elles ne sont. Car en fin l'on ne voit pas, que Jesus Christ & les Apôtres nous aient voulu detromper de beaucoup

coup d'erreurs, que Monsieur De' Cartes nous a decouvert sur cette matiere. Revelatio supposuit hominibus plurima esse nota. Neque enim systema aliquod omni parte perfectum & cujus solâ lectione, sine ullo ratiocinii vel consequentiarum usu naturam rerum & voluntatem divinam cognoscere possimus, coelo demissum est, quod inter omnes convenit qui non prorsus insaniunt Vid. Clerici Logic. cap: de Fide V. Recherche de la Verité tom. 2. l. 5. p. 175. item Isaac ~~de la~~ ^{elreia} Pereire lib. de Præadamitis lib. 4. c. 1. & Hobbesii Leviathan, Autor Tractatûs Theologo-Politici Spinoza.

Quæ in Novi Testamenti Codice Apostoli & Evangelistæ, qui cum Christo versati erant, scripsere, satis conveniunt & cohærent, etsi methodus & stylus indicent, Scripta illa diversorum humanorum ingeniorum foetus esse, quandoquidem pleraque confusè & abruptè traduntur.

Quæ Paulus scripsit interdum intricatiora sunt, litiumque materiam jam tempore Apostolorum præbuerunt, de quo videatur omni exceptione majus judicium Petri epist. 2. cap. 3. §. 16, 17,

§ 4.

Interpres Sacri Codicis est quivis intel-



Intellectu præjudiciis vacuò five liberò præditus. Monemur enim scrutari Scripturam; Et intellectus cogi nescius in Autoritate alienâ vix miraculis motus solet acquiescere, Vide Clerici Logicam parte 2. cap. de fide. " *v. Addit.* Item Puffendorfium de Habitu Relig. Christianæ. § 33. & 54. ubi dicit: Cum enim cuilibet pro se Cultus suus Deo sit approbandus, nec absolutè alteri curam animæ suæ resignare aut hic ejusdem salutem isti præstare queat, adeoque nullus Christianus fidem suam absolutè in iudicium Cleri aut summorum imperantium resolverit, sed non nisi quatenus S. Scripturæ examissim congruerit, apparet posse Civem a Communione, etiam summi Imperantis, infectique Cleri se disjungere &c. Joh. 5. 39. 1. Thess. 5. v. 21. 1. Joh. 4. v. 1. 1. Cor. II. v. 28.

§ 5.

Præsumptio quidem est, Doctos & studio Theologiæ addictos, pluresque melius & certius interpretari, quam singulos & rudes. Hinc major præsumptio pro Ecclesia Romana & Clero cujusvis sectæ, quàm pro nova secta, vel homine singulari.

Sed quàm soepe ista præsumptio fallat,

artes.
eve-
e no-
omni,
sine
a usu
inam
a est,
pror-
Fide
.175.
mitis
Autor
.
odice
aristo
nt &
icent,
inge-
plera-
trica-
tem-
uo vi-
cium
vis in-
tel-

in propatulo est. Rationes ejus rei sunt, Studium Partium, præjudicia, commoda temporalia, periculum dissentiendi a religione receptâ, vel majori numero. Vid, Verulamij Sermones Fideles de Superstitione, ubi ostendit in omni superstitione Sapientes stultis obsequi; item Scholasticos Astronomis similes esse, & multa quæ revera non existunt finxisse &c. Item Monzembano, Item Puffendorff. de. Hab. Rel. Christianæ.

§ 6.

Optima & certissima interpretandi Sacrum Codicem regula est, ut finis ejus semper præ oculis habeatur, quem §, 3. expressi: Deinde, ut ante omnia sedes cujusque materiæ inspiciatur, & inde verus sensus depromatur; reliqua autem alibi & incidenter dicta secundum sensum priorem explicentur; vel si conciliari nequeant, prætermittantur: tum, ut potissimum attendatur id, quod Christus ipse de se & hominibus aliisque rebus dixisse recensetur, postea quid Apostoli, qui cum ipso versati fuere Vid. Ep. Petri 2. c. I. v. 16. 17: 18. item cap, 3. v. 16. tandem quid Apostolus Paulus, qui Christum ipse oculis non vidit, sed ejus adventum ex veteri Testamento maxime

ximè probare conatus est; Denique quid
Prophetæ testati sint.

§ 7.

Deum esse, esse unum, æternum
Omniscium, infinitum, omnipotentem &
primam causam omnium rerum &c. non
autem Peccatorum, quæ, quatenus sunt
mala respectu Divini Numinis sunt Non-
Entia & privationes, lumine naturæ æquè
cognoscitur, ac Verbo Revelatò.

Attributa affectuum, qui in Sacro Co-
dice de Deo traduntur ἀνεπαροπατῶς acci-
pienda. Affectus enim sunt commotio-
nes animi humani &c. At Deus, qui est
Omnium rerum Motor æternus & pri-
mus, non habet corpus & sanguinem fer-
mentiscibilem, mobilem & fluentem uti
homo, Et a nemine movetur, vel moveri
potest, adeoque omnis affectus est ex-
pers.

§ 8.

Quando & quomodo mundum ejus-
que partes creaverit, est res notitiam
hominum naturalem transcendens, nisi
quod Physici de rerum quarundam or-
tu causis & compagine balbutiunt.

Probabile tamen, vel saltem non ab-
surdum est cogitare, quando quidem essen-
tia

sunt,
moda
eligi-
Ve-
tio-
Sa-
ticos
e re-
Mon-
Rel.

andi
ejus
ex-
jus-
sen-
& in-
orem
eant,
n at-
t ho-
etur,
erfati
item
Pau-
t, sed
ma-
ximè

tiæ rerum sunt æternæ, Deum, qui est Actus purus, Motor Æternus & qui nunquam quiescit, æternum creare, hoc est ut pro captu humano loquar, ab æterno creasse, adhuc creare, vel quod idem est conservare (: conservatio enim est continuatio creationis) & in æternum creaturum esse: Beatos enim conseruabit in æternum. Res creatæ tamen non sunt æternæ, quia multas oriri, alias interire, aliasque aliis succedere deprehendimus, & Parentes nostri animadverterunt. Et est res creata res finita singularis a Deo & in Deo determinata ad certo modo existendum & operandum, adeo ut nec prius nec aliter, nec diutius existere ac operari possit, quam ad id determinata est. *Addit:*

§ 2.

v. Add.

Historia Creationis in libro Genesios tradita, dubiis & contradictionibus est plena. Quamobrem tradente Gassendo Hebreorum nonnulli planè stolidum esse dixerunt existimare Mundum sex dierum spatio conditum, utpote quem Deus simplici nutu ac uno momento creare potuit: Aliqui etiam ex Patribus Sanctis, descriptionem illam sex dierum allegoricè, non ad litteram accipiendam, censuerunt. Nec opus est scire tempus & modum creationis, modò

modo statuatur, Deum esse Creatorem omnium rerum. Sic enim reverenter de Modò Creationis differit idem Gassendus dicens: Quod Modus Creationis nullus hæctenus traditus sit, quem ratio adstruat, aut cui contradici ratione non possit, mirum non est, quandoquidem Mundus majus opus est, quam ut assequi mens humana illius molitionem possit, quasi verò, cum non possimus neminimi quidem animalis, aut minimæ plantæ intelligere fabricam, præsumendum sit fore, ut possimus intelligere constitutionem mundi? Quasi præclarissimum quoque eorum operum, quæ humana mens excogitare capax est, comparari ullâ ratione cum Mundi opificio valeat, ut ex illius analogia hoc intelligi posse confidamus. Et qualis artifex esset Deus, si posset homuncio metiri, comprehendere quæ ingeniolo suo id opus, quo opera omnia & Dei & rerum omnium comprehenduntur. Sed temperandum ab istis est. Hæc ille in Animadvers. ad Ph. Epicuri t. 1. pag. 332, & 335. Si tamen de origine Mundi quiddicendum, videtur altius, quam ab Adamo & a longè retroactis seculis petenda ex antiquissimis Chaldæorū, Ægyptiorum, Æthiopum, Scytharum rationibus & monumentis; tum ex nuperè

perè detectis terrenæ machinæ partibus; tum ex regionibus incognitis olim, quarum incolæ ab Adamo originem trahere nequeunt. Quæ de creatione primorum hominum eorumque lapsu ibi leguntur, videntur potius esse parabola ortûs & Statûs Humani quàm vera historia. Ut enim reliquas dubitandi rationes præteream, ista sciri non possunt nisi per Revelationem & Traditionem. Si enim Adamus fuit primus hominum & Eva ex ipsius costâ facta, quis fuit Spectator creationis illius, figulo potius quàm Deo congruentis? aut cui fide digno Deus modum hunc creandi primo revelavit, qui eum tradere posteris potuisset? Adamum non fuisse primum hominum, sed primum ad quem stirps Judæorum refertur, & Cui Deus legem positivam tulit, ac peccatum imputavit docet Autor de Præ-Adamitis.

v. Add.

§ 10.

Status primus hominum, quem, abstrahendô ab historia Adami & Evæ, observare licet, est Status Infantia, vel Innocentia quo homines judicio carent, adeoque peccare nequeunt, etsi vitiosi sunt, quam obrem etiam in Sacrà Scripturâ infantes dicuntur esse innocentes utpote qui nesciant quid sit bonum quid malum, quidve dex-

dextram aut sinistram. Vide Deut. I, v. 39.
Jonæ 4. v. 2,

Status sequens est Scientiæ boni & mali, sive maturi iudicii, quo homines leges scire possunt, & debent, quas qui transgrediuntur lapsi esse dicuntur, quo in statu fertur fuisse Adamus. *v. Addit.*

Unde patet Statum perfectionis, qualem vulgò supponunt, supra humanam naturam esse: Nemo enim absolutè perfectus est, quàm Deus; Et minima quoque creatura non est in suo genere imperfecta. Exprimit enim suò modò potentiam Dei, ex quo infinita infinitis modis fluunt & existunt. Vid. Gassendi dubia & Objectiones contra Cartesium. Homines naturâ ad vitia esse proclives & labiles, extra dubium est, alias non lapsi fuissent, nec laberentur. Adamum & Evam eorumque postereros Ignorasse, errare potuisse, deceptos esse, hoc est affectibus plus tribuisse ac etiam nunc tribuere quàm rectæ rationi res ipsa loquitur & Sacra Scriptura testatur. Tertius hominum Status est Status Emen-
dationis, quò privatim a Parentibus; Et publicè in Schola Philosophiâ, ac in Ecclesiis fidei dogmatibus imbuuntur, & sapientiores, & meliores redduntur, ut in Quar-
tum

v. Addit.

ibus;
qua-
here
orum
ntur,
Sta-
enim
n, ista
m &
t pri-
acta,
gulo
ui fi-
t pri-
s po-
ho-
dæo-
vam
utor

ab-
bfer-
cen-
oque
iam-
antes
nesci-
idve
dex-

rum Statum scilicet Beatitudinis Temporalis & æternæ perveniant.

§ II.

Naturalem hominum dispositionem ad vitia quidam termino incongruo appellarunt Peccatum Originale. Propriè enim loquendo Peccatum non datur nisi Actuale, Estque transgressio legis, quæ sit vel agendo vetita, vel omittendo præcepta. Imbecillitatem hanc naturalem Horatius, Poëta Ethnicus, eleganter descripsit his verbis. Ætas parentum peior avis tulit nos nequiores, mox daturos progeniem vitiosorem.

§ 12.

Nec obstat quod Libro Mosis homo dicatur ad imaginem divinam conditus: Inde enim absoluta hominis perfectio, sive naturalis sive moralis, colligi non potest. cum solus Deus sit Ens absolutè perfectum. Neque aliter illa phrasis intelligi potest quàm quod homo sit conditus secundum decretum Dei. h. e. quod factus sit ejus decreto conformis.

Si enim divina illa imago, quemadmodum vulgò fit, in justitia & sanctitate hominis ponitur nil tamen similitudinis appa-

apparet quia Justitia & Sanctitas Divina
 à Justitiâ & Sanctitate hominum plane di-
 versæ sunt, Hominum enim justitia &
 sanctitas in eo consistit, ut suum cuique
 tribuant: Atqui Deus nemini suam tribu-
 ere potest, quia nemini quid debet sive
 obligatur: non superiori, neque æquali;
 qui respectu ejus non dantur. Neque si-
 bi ipsi, cum sit Liberrimus, ac nemo sibi
 ipsi obligari possit. Præterea cum sit ab-
 solutè potens nemini injuriam facere po-
 test. Justitia quoque Vindicativa qualis
 inter homines observatur Deo non con-
 venit. Non enim uti Judex Humanus
 ullâ lege tenetur hominem punire, sed li-
 berum ei est ignoscere: quod fieri quam
 soepissime experientia docet: Non enim
 quodvis vitium vel peccatum statim sequi-
 tur poena, & sæpius nulla. Sic quidam
 intemperantes & injusti impunè e vitâ
 abeunt & qui vitiorum suorum incom-
 moda sentiunt, diu sæpius impunè pecca-
 verunt: quo spectat illud dictum; Lento
 quidem vindicta divina incedit gradu: Sed
 tarditatem supplicii gravitate compensat.
 Nec sufficit ad imaginem divinam in ho-
 mine ostendendam quod Deus & homo
 sint Entia cogitantia, Deus enim est Ens
 cogitans infinitum & homo Res cogitans
 fini-

finitas, atqui inter finitum & infinitum nulla est proportio, Vide Gassendi Animadv. in Epicuri Phil, t. 2. pag. 49. Item Liberii de Sancto Amore Epistolam Imam Propos. 3, v. *addit*:

§ 13.

Qui humanum genus emendare student, sunt Legislatores, iique vel Privati vel Publici: Privati sunt Parentes & Præceptores. Publici sunt summi Imperantes eorumque subordinati e. g. Doctores Magistri & Pastores.

§ 14.

Inter cæteros Legislatores & Conditores religionum humanos Moses sapienter partibus suis functus est: Sed Foedus quod conciliavit & sanxit inter Deum & Israël nationem illam spectavit tantum ejusque finis fuit felicitas temporalis, Vide Puffendorffium de habitu Religionis Christi.

§ 15.

Christianam religionem existere notorium est quia est,

§ 16.

Eam esse quam maximè rationalem, adeoque Divinam, argumenta sunt. 1. Doctri-

etri-

Etrinæ puritas, utpote unum & verum
 Deum docens & insuper habitâ legum Mo-
 saicarum farragine, nil nisi legem naturæ *v. Adoff.*
 præscribens, quapropter Christus vocatur
 λόγος h. e. ratio: nil enim docuit, quod
 non rationi conforme esset, & per ratio-
 nem potius, quàm per leges homines ju-
 stos & beatos esse voluit. Vide Præfati-
 on: ad Spinosa opera posthuma.

2. Promissorum sanctitas, quid enim præstantius vitâ beatâ & æternâ,

3. Vocationis seu Evangelii Univer-
 salitas, utpote ad omnes homines perti-
 nens, eorumque salutem intendens. Vid.
 Act. Apost. c. 9, v. 15. c. II. v. 18.

4. Conditor Christus, Filius Dei, non
 solum fœdere uti quivis Christianus, sed ra-
 tione particulari.

§ 17.

Christum esse Filium Dei modò par-
 ticulari, probatur ejus Nativitate, quia ge-
 nitus est potentia sive Virtute Dei absque
 cooperatione Viri ex Virgine vid: Luc c.
 I. v. 35. Math. 12, v. 18.

2. Quia à Deo sanctificatus & missus
 in mundum ad redemptionem generis
 huma-

n nul-
Ani-
Item
mam

e stu-
Privati
Præ-
antes
Ma-

Condi-
pien-
oedus
im &
ntum
Vide
Christ,

ce no-

nalem,
I. Do-
etri-

humani Ioh. 10. v 35. & sequ Math. 12. v 18. 3. Quia suscitatus a morte sublatus in coelum ad dextram Dei. Ep. ad Roman I. c. 1. v 4. Act Apost: c. 13. v 33. Matth. 12. v 40. 4. Fuit absque peccato, ambitione, nec suam gloriam quæsit sed Patris Dei & salutem omnium hominum Ioh. 7. v 16. 17. 18. 28. Ioh. 10. v 25. 29. 5. Miraculis 6. Doctrinæ puritate. 7. Testimonio proprio Ioh. 10. v 36. 8. Testimonio aliorum scil. Dei Patris, Prophetarum, Apostolorum &c.

§ 18.

Reliquæ de Christi personâ quæstiones sunt inutiles, spinosæ, contradictoriæ, nec Fundamentum solidum in Sacro Codice habent e. g. An duas habeat naturas Divinam & humanam? An secundum Divinam naturam fuerit genitus ab æterno? An sit Patri *ὁμοούσιος* &c Vide Liberium de Sancto Amore Epist. 1. 2. 3. v *Addit:*

§ 19.

Spiritum Sanctum à Patre & Filio exire extra dubium est, quos enim Deus Pater, quos Filius Dei Verbô utroque cum Rationali tum Revelato illuminant & sanctificant, hi Spiritum h. e. Animum Sanctum accipiunt, eorumque Character est

est Fides, Spes & Caritas. Unus enim & Summus Deus à mundi creatione locutus est omnibus hominibus primò per Verbum Concreatum sive λόγον h. e. Rationem, & particulariter Judæis per Mosen & Prophetas; deinde locutus est omnibus hominibus per Verbum, quod Caro factum est, sive Rationem Incarnatam, Filium suum Jesum Christum, Nunc postquam Jesus ascendit in cœlum & Deus Pater & Dominus Noster Jesus Christus humano generi loquuntur uterque per Rationem & Prædicationem Evangelii, quibus qui auscultant illuminantur, & Spiritu Sancto, qui a Patre & Filio exit, implentur.

§ 20.

An Spiritus Sanctus sit tertia persona Trinitatis, quæstio est Scholastica, ut & aliæ ejus farinae, quæ nullum fundamentum in Sacro Codice habent, rationi repugnant multitudinem Deorum inferunt, religionemque Christianam reddunt spinosam & Judæis ac reliquis Infidelibus inaccessibleem. Vid. Liberius de Sancto Amore Ep. 1. 2. 3.

§ 21.

Essentia Religionis Christianæ consistit in Fœdere Novo, quod Deus, Christo
 I 2 Medi-

12. V
 olatus
 oman
 h. 12.
 imbi-
 d Pa-
 inum
 9. 5
 . Tes-
 Testi-
 opho-

æstio-
 toriæ,
 o Co-
 aturas
 ndum
 o æter-
 erium

z Filio
 n Deus
 troque
 ninant
 imum
 aracter
 est



Mediatore, fecit cum humanō genere, promittens fidelibus remissionem peccatorum & vitam æternam, stipulatusque vicissim fidem in Christum, cujus fructus sunt, Obedientia sive Charitas & Spes, sine quibus Fides non esset vera, sed mortua & vana.

Quicumque enim Christum pro Filio Dei habet misso ad redemptionem humani generis. non potest non ei fidere & promissis ipsius flecti ad obedientiam & minas ejus extimescere.

§ 22.

Fides Christiana est iudicium de Deo & Christo, ipsorumque Verbō profectum ab autoritate dicentium, qui sunt Deus Pater cum dixit, hic est Filius meus, Christus ipse, Prophetæ, Apostoli, Ecclesia Christiana. Vide Conradi Bergii Praxin Catholicam c. 1. de Fidei genere, an sit iudicium vel cœcus assensus. Item Clerici Logicam cap. 10. part. 2. de Fide.

§ 23.

Qui de Veritate Religionis Christianæ dubitant, nullum solidum argumentum afferre possunt, quō Fundamentum ejus convellant, quod argumentum est veritatis ejus, Non enim possunt negare, Chris-

Christum fuisse, miracula fecisse, doctrinam omnium maxime rationalem & purissimam docuisse, eam per totum orbem terrarum receptam esse, & adhuc vigere ac propagari, eam salutarem esse, quæ Christus promisit, a Deo præstari posse: Et si reliquam de Christo historiam in dubium vocare velint, nil certe poterunt allegare, quo negativam affirmativam veriorum esse persuadeant. Credant igitur, nil ab hac fide periculi, modo figmenta humana sive Theologia Scholastica abjiciantur. secundum monitum Pauli: *Devita prophanas Vocum Novitates*: Vid. Grotius, Mornæus, Abadie de Veritate Religionis Christianæ. Liberii de Sancto Amore Præfatio. Verulamii Serm. Fid: de Unitate Ecclesiæ & superstitione.

§ 24.

Baptismus & Cæna Domini nil aliud sunt, quam Sacramenta h. e. sigilla fœderis novi. Et graviter errant, veritatemque Religionis Christianæ obscurant, qui Transubstantiationem Consubstantiationem, Ubiquitatem Corporis Christi & Exorcismi necessitatem credunt, aliisque credendas obtrudere satagunt.

§ 25.

Justificatio & Sanctificatio hominis



Consistit à parte Dei in remissione peccatorum gratuita propter Christum, a parte hominis in Fide & Serio Proposito rectè agendi & Spe. *v. Additam.*

§ 26.

Gratia Universalis est, quæ omnibus hominibus communis est, scilicet, quod sint creaturæ rationales multisque beneficiis in hâc vitâ fruuntur, quodque Evangelium ad omnes pertineat, sintque vocati, saltem è longinquo & generaliter omnes.

§ 27.

Gratia particularis est quod quidam Evangelio actu specialiter, & in gremio Ecclesiæ Christianæ vocati Christiani sunt vel fiunt, h. e. homines credentes in Christum, ei obsequentes, iustificati, sanctificati, resurrecturi ad vitam æternam. *v. Addit.*

§ 28.

Qui gratiam, sive Evangelium annunciatum respuunt, sunt morte æternâ & acerbâ mactandi. Vide Act. Apost. c. 13. v. 46. adeoque verè Reprobi.

De reliquis quibus Evangelium publicatum nondum fatis innotuit, iudicium suspendamus, minimè verò ad classem reproborum eos referamus, secundum monitum

nitum Pauli: Was geben uns die Draussen
an. Vide Hobbesii Hominem & Civem,
ubi agit de triplici regno Dei.

§ 29.

Resurrectio æquè facile concipi po-
test ac Creatio. Deus enim res creatas de-
struere & reficere potest.

§ 30.

Quod Deus fideles resuscitare velit
credimus, quia Christus dixit.

§ 31.

Anima humana, sive eam pro Mente
sive pro Vitâ capias, suâ natura non po-
test esse immortalis, quia est Creatura;
Omnis autem Creatura destructibilis est, in
specie anima humana Matth. 10. v. 28. De-
us solus æternus. *v. Addit.*

§ 32.

Animam humanam separatam extra
corpus hominis existere verosimile non est
nec scitu, nec creditu necessarium, modò
Resurrectio & Vita æterna per gratiam
Dei statuatur. Erit enim anima fidelium
resuscitatorum immortalis per gratiam
Dei æquè ac corpus ipsorum, quod Deus
in æternum conservabit. Vide Appendi-
cem de Anima.

ecce-
parte
rectè

nibus
quod
enefi-
ange-
ocati,
mnes.

idam
remio
i sunt
Chri-
tifica-
Addit.

m an-
eternâ
ft. c. 13.

publi-
licium
em re-
m mo-
nitum



§ 33.

Vitæ æternæ felicitatem hoc statu animo satis concipere non possumus, weil sie kein Auge gesehen / kein Ohr gehört / und in keines menschen Herz kommen. Hoc tamen scimus, medium ejus adipiscendæ fore plenam Dei & Christi cognitionem, secundum illud, hæc est vita æterna &c. Joh. 18. v. 23.

§ 34

Mors æterna propriè accipienda, quæ de cruciatibus æternis dicuntur figuratè. Absurdum enim est de Ente perfectissimo cogitare, illud cruciatibus hominum æternis delectari & inde gloriam captare. Nec ulla est proportio inter peccata hominum & cruciatus æternos. Vide Appendicem de Poenis Divinis.

§ 35.

Summa Doctrinæ Christianæ consistit in cognitione & Dilectione Dei, Christi, Sui & proximi, sive ex parte in scientiâ & Observatione Legis Naturæ & consequenter Legum Civilium illius Reipublicæ, in qua quisque versatur.

§ 36.

Preces sunt pars Cultûs Divini & consistere

sistere debent in agnitione & laude bene-
 ficiorum Dei, gratiarumque actione, hu-
 miliatone sui, gratiæ Divinæ imploratione,
 quoad spiritualia absolutè; quoad benefi-
 cia terrena limitatè, Si Deo ita visum fu-
 erit, (quod genus precum saltem est ægræ
 mentis solatium.) Suntque preces vel
 Mentales vel Orales, & hæ vel sermone vel
 cantu expressæ: Cultus Dei realis consistit
 in Dei cognitione, amore, laude, acquie-
 scentia in ipso, charitate Proximi de qua
 Joh: epist.

§ 37.

Ecclesia de quâ Sacer Codex & Sym-
 bolum Apostolicum loquuntur, non est hic
 vel ille Coetus, vel Secta, sed Ecclesia Chri-
 stiana generaliter accepta, in quâ prædi-
 cente Christo sunt & erunt sectæ & hæreses,
 quæ sunt Zizania de qua Christus loquitur
 Matth. c. 13. v. 24. & sequ. Et Apostoli
 es werden Kotten und Secten unter euch
 seyn, Et talis Ecclesia Christiana est Eccle-
 sia Catholica vera, non illa Romana, quæ
 non nisi ejus pars est. Et inde patet non
 opus esse ad Ecclesiam Invisibilem provo-
 care. Vera enim Ecclesia Catholica h. e.
 Christiana est visibilis & maximè conspicua
 Et sufficit ejus membrum esse.

I s

Nam

u a-
 weil
 und
 sta-
 fore
 cun-
 . 18.

quæ
 ratè.
 imo
 eter-
 Nec
 num
 cem

onsi-
 Chri-
 entia
 onfe-
 lica,

con-
 stere

Nam etsi errores & errantes sunt in
ejus gremio, hoc tamen non fraudi est ve-
ro fidei fundamento insistentibus, hoc est,
credentibus, Jesum esse Christum & venis-
se &c. Secundum illud Pauli 1. Cor. 3. v. 11.
12. &c. Qui hoc fundamentum tenent il-
lis nullus error ei superstructus damnatio-
ni cedit. Qui fundamentum illud reji-
ciunt, A Christiani sunt, & inter membra
Ecclesiæ recenseri nequeunt.

§ 38.

Cura introducendæ, conservandæ &
propagandæ Religionis Christianæ Im-
perantibus quàm maxime incumbit. Ut
Vera propagetur operam rectè dant,
quamvis errent, sed mediis debent uti mo-
ralibus non violentis, quia intellectus cogi
nequit, nec possunt libertatem sentiendi
tollere, sed aliter sentientem tolerare de-
dent, modò sententiam suam aliis non ob-
trudat, & in Republica turbas det. Unus-
quisque enim capax Lector & Auditor Sa-
cræ Scripturæ est ejus Interpres & Ultimus
Judex Controversiarum. Vide Puffen-
dorffium de Habitu Religionis Christi.

Obj. Sacrum Codicem & Spiritum
Sanctum esse judices controversiarum.

Rf. Sacrum Codicem esse id quod
inter-

interpretari conamur, secundum eundem S. Codicem unô locô clarius loquentem quàm aliô. Ceteroquin hominem Spiritu S. præditum. h. est ratione & intellectu, præjudiciis vacuô, & per Evangelium illuminatô, pollentem esse Eum, qui interpretatur & judicat de genuino sensu. Brevius, S. Scripturam esse diverso respectu & Objectum & Normam Interpretationis: Lectoremque rationalem & qui contextum Scripturæ probè calleat, esse Interpretem & Judicem,

§ 39.

Conclusionis locô harmoniam Philosophiæ sive Theologiæ Naturalis & Revelatæ hoc locô repetendo delineabimus ut, quatenus conveniant & quatenus sine repugnantia diversæ sunt, unô quasi intuitu pateat,

1. Philosophia Ratione; Theologiæ Revelata Fide innotescit, Illa Librò Naturæ; Hæc Codice Sacrô nititur.

2. Philosophia quadruplicem hominis Statum ostendit: nimirum (1) Statum Infantiaë sive innocentiaë & (2) Statum scientiaë boni & mali, quo homines contra rationem & legem agentes peccatores fiunt, ac Lapsi esse dicuntur. (3) Statum Emen-

Emendationis (4) Statum vitæ beatæ, Idem Sacer Codex docet.

3: Finis Philosophiæ est Vita beata: Finis Theologiæ Revelatæ itidem est Vita beata; Sed in super æterna & magis beata.

4. Media proxima, quibus hic finis in statu naturali obtinetur, sunt Ratio & exercitium Virtutum. In Ecclesia Christiana media sunt, Fides & Caritas h. e. exercitium Virtutum; Cui accedit Remissio peccatorum gratuita, propter Christum, Fidelibus promissa.

5. Media remotiora quibus homines ad virtutis studium excitantur & a vitiis atque peccatis absterrentur in Statu naturali sunt Repræsentatio Commodorum, quæ Virtutem, & Malorum, quæ vitia, per ordinem rerum naturalem, in hac vitâ consequuntur: Quibus in Statu Domestico & Civili accedunt Præmia & Poenæ.

In Ecclesia Christiana media ejusmodi sunt, Promissio vitæ beatæ & æternæ, quam fideles consequuntur. Et Comminatio mortis æternæ, quæ post hanc Vitam infideles manet. Item Disciplina Ecclesiastica.

v. Addit:

Qui in statu naturali ac civili vitam quæ

quæ ad beatam Vitam ducit, ostendunt ac ad Virtutem impellunt, sunt Sapientes, si- ve sint Patresfamilias, si-ve Summi Impe- rantes, Eorumque Subordinati.

In Ecclesia Christiana Summus Pon- tifex, Propheta & Rex est Christus Filius Dei, omnium Religionis Conditorum Sa- pientissimus ac fide dignissimus, Restaura- tor & Assertor Legis Naturæ, Destructor Superstitionis & Tyrannidis; Doctor & Pro- missor gratiæ & vitæ beatæ ac æternæ &c. Eiusque subordinati sunt Apostoli & ho- rum Succedanei Defensores, Episcopi & Pastores Ecclesiæ &c.

7. Ritus in Statu naturali sunt vel nul- li vel arbitrarii. In Statu Civili ii observan- di, qui a Summô Imperante præscripti sunt.

In Ecclesia Christiana à Christô nulli ritus introducti sunt, præter Bapitismum & Coenam.

8. Cultus Dei realis in quovis Statu idem est: nisi quod in Ecclesia Christiana Deum rogare juvat per Christum.

En Benevole Lector, Convenientiam & Disparitatem Religionis Naturalis & Reve;

Revelatæ. Agnosce igitur Convenientiam utriusque esse quàm maximam, Disparitatem verò raram & talem, quæ nullam absurditatem vel contradictionem involvat, utpote quæ nunquam ab homine, cui sanum sinciput, admittenda est.

Omnia probate; quod verum ac bonum est, tenete.

Finis.

Quàm multa dediscenda sunt Veritatis Studioso ! & quàm difficile est omnem testam odore quò semel est imbuta purgare!



Errata extantiora corrigenda.

~~Præf. p. 2. l. 14. fero pro foro: pag. 6. l. 6. latius pro âtius. pag 21. l. 15. diminuta. l. 18. naturales. pag 29. lin 6. constitutione. lin 14. in fine addatur: Imò diverso tempore contraria agat, In quo consistit hominis indifferentia ad utrumque Oppositorum, quæ tamen alia non est quam passiva. pag. 36. l. 1. invito pag 38. l. penult: Utile. pag. 34. l. 4. nihilominus, pag 65 l. 7 post verbum observatæ deleatur comma pag. 46 lin 16. post verbum artes dele comma & pone post verbum corporis pag 66. §. 5. lin. 2. Faliloquium.~~



Additamenta suo quæq; loco inferenda.

Post titulum pag. 2.)

Summe DEUS Ens perfectissi-
mum, Unica & Sola Substantia, a
quo, ex quo, & in quo omnia sunt
quæ sunt, & præter quem nihil per se
subsistit. Tu Autor & Columnen es vitæ meæ;
Quod sum, quod spiro, quod gaudeo Tuum est;
quicquid sum, quicquid habeo, hoc totum Tui
muneris est: A Te sum, ex Te sum, in te sum & mo-
veor: Move me spiritu gratiæ Tuæ, ut lubens
ferar quocunque me traxeris, & vivens pariter
atque moriens muter in melius, conformisque
fiam Decreto Tuo gratioso ac æternùm in Te
acquiescam per & propter Dominum Nostrum
Jesum Christum Amen.

A

Post

Post Præfationem.)

Quid verum atq; decens curo & rogo & omnis
in hoc sum

Condo & compono quæ mox depromere possim
Ac ne fortè roges, quo me Duce quo me lare
tuter

Nullius addictus jurare in verba Magistri
Quo mecumque rapit veritas deferor hospes
Virtutis veræ Custos rigidusque Satelles. Horat.
Lucretius l. 2.

Desine quapropter novitate exterritus ipsâ
Exspuere ex animo rationem, sed magis acri
Judicio perpende, & si Tibi vera videtur
Dede manus, aut si falsa est, accingere contra.

Post Proëmium annectantur sequentia.) Hâc
observatâ cautelâ, ut nihil asseramus nisi quod
evidenter cognoverimus, & silentio præterea-
mus quæ obscura sunt nec ratione assequi possu-
mus, siquidem tutius est quædam ignorare quàm
circa ea errare: Unus enim error plures gigne-
re aptus est, & tranquillitati animi obstat: Igno-
rantia minus nocet: quamobrem pro canone
indagandæ veritatis habemus, ut omnem opinio-
nem, quæ non impedit aut tollit Cognitionem &
Cultum Dei, Sui & Proximi, etsi cum ignoran-
tiâ circumstantiæ alicujus conjuncta est, si tamen
verisimilior sit, potius ac tutius nobis amplecten-
dam esse existimemus, quàm aliam creditu difficil-
liorem, quæquè errorem involvere videtur.

Sic

Sic sufficit opinari.

1. Deum creasse mundum ante indefinita secula:
Quis enim omnia dubia Chronologica
tollet?
2. Deum ab æterno creasse, creare, & in æter-
num creaturum esse vid. pag. h. l. 104.
3. Deum creasse homines primos non genitos,
mediantibus atomis & inde ortis quatuor
elementis. Et genitos mediantibus geni-
toribus. vid. pag. 106. & tales quales sunt.
Modum creationis nec sciri, nec satis sciri
posse.
4. Probabilius esse, Diluvium, de quo Sacer Co-
dex loquitur, fuisse particulare: ac infinita
istâ opinione tolli dubia: De Universalî
neminem quid affirmare posse, quis enim
vidit Antipodes submergi &c. &c.

*Pag. 2. post verba quæ se ad existendum,) & ope-
randum.*

Pag. 3. post. Act. 17. v. 28.) Rom. II. v. 36.

In fine §. 3. pag. 3.)

- a. Halles de ortu generis humani cap. I. p. 48. de
essentia Dei sic loquitur. Da sie dann viel
billiger und wahrhaftiger die grosse Hauß-
haltung der ganzen Welt dem grossen Gott
attribuiren mögen/als daß sie ihn durch Er-
denckung einer formæ formantis oder animæ
mundi als eines Theils der Welt so er er-
schaffen/verunehren dörrfen.

A 2

b. Qui

Sic

b. Qui Deum ubique esse dicunt operatione solùm, non essentiâ, limites ejus essentiæ ponunt, ac certo loco eum includunt: Si enim essentiâ suâ non est infinitus, quæstio remanet solvenda ubi sit? Quæ contradicit infinitati & immensitati Divinæ.

c. Infinitum nil aliud est, quam finis negatio in Ente cujus positivam amplitudinem non capimus, imò nec partem illius millesimam, h. e. inæstimabiliter excedens finitudinem nostræ perceptionis. Gassendi. D. & J. c. C. pag. 190.

d. Deus homini invisibilis est quemadmodum Oceanus. Hunc enim nemo totum oculis contrectare potest, sed tantum ex parte. Nec oculis corporis solùm, sed menti quoque eò modò invisibilis est Deus. Nam non satis distinctè cognosci potest, sed confusè tantum.

Quicquid est hoc omnia animat, format, alit,
auget, creat,

Sepelit, recipitque in se omnia; omnium idem est
Pater

Indidemque eadem quæ oriuntur de integro
atque

Eodem occidunt. vid. Dacier. in Horac. t. 9. p. 338.

Poëtam Pacuvium allegantem.

Pag. 8. §. 16. in fine,) vid. Halles de Ortu gen.
humani cap. 1. pag. 22. &c. item Beckeri Betow-
werde Werlet pag. 2. c. 10. §. 17. 22. &c.

Pag. 8. §. 17. post verbum illusiones addatur) item
Nuncii Matth. 11. v. 10. Homines adversarii
Matth. 16. v. 23, Joh. 6. v. 70, Venti, tonitru, ignis.
Ps. 104. 148. 110

In fine ejusd. §. 17mi.) Secundum Sacrum Codicem Angelum definire licet, quod sit res creata vel rei modus, quibus mediantibus Deus homini opem fert. Diabolus e contra res quædam creata vel rei modus, quibus mediantibus homo coërcetur & affligitur, vel ad vitia & mala seducitur.

Eadem quoque res diverso respectu huic Angelus, alteri Diabolus esse potest e.g. tempestas quæ uni parti belligerantium causa victoria, alteri cladis esse potest, item morbus epidemicus & pestis in exercitu urbem obsidente.

Habet Deus infinitos ejusmodi Angelos: Omnes enim creaturæ, quæ infinitæ sunt, officium angelorum bonorum & malorum ipsi præstare possunt, prout ipsi lubuerit. Ps. 148.

Pag. 12. §. 11. In fine.) Voluntas & Noluntas accuratius vocari possunt Motus mentis reflexi. Ut enim quis velle & nolle possit, requiruntur. 1. Objectum sensibus repræsentatum. 2. Motus sensuum. 3. Imago objecti menti oblata. 4. Perceptio imaginis. 5. Judicium & quandoque ratiocinatio: Quibus positis Homo, qui hætenus motus fuit & patiens, motu quodam reciproco sive reflexo, à judicio tanquam principio interno & activo procedente compellitur, sive quædam ipsius membra disponuntur ad sectandum bonum, & fugiendum malum. e. g. ad extendendam manum versus pomum, vel ad retrahendam eam ab urticâ &c. vid. §. 1. c. 4 quæst. an homo se ipsum moveat.

Pag. 21. §. 52. post verba : *judicium præmeditatum.*) a. Quod Horatius vocat Benè præparatum pectus sperans infestis, metuens secundis alteram fortem.

Pag. 22. ejusd. §. post verba ab *objecto excitari solitam.*) b. Quod secundum Horatium est : Avium domare Spiritum.

Pag. 22. in fine.) 9. Educatio, Præmia, Pœnæ. 10. Imperium Civile.

Pag. 23. §. 1. post verba : *Moraliter homo movet & movetur.*) Per organum intrinsecum scil. Mentem ejusque motus sive Cogitationes ab Objectis extrinsecis & intrinsecis mediantibus sensibus & imaginatione excitatas, nimirum videndo, audiendo, sentiendo, legendo.

Pag. 24. §. 1. post verba : *ideas adequatas.*) a. per sensus excitatas ab objectis.

Pag. 24. In fine §. 1.) Item Sturmii Phil. Eccl. de A. & N. S. C. cap. 3. §. 6. pag. 418. Ubi videmus, inquit, Aristoteles, semper aliquid innatum in animali. Cur autem hoc moveatur, non ipsum animal est causa, sed id, quod ambit, Item, Ergò nihil vetat, quin potius necessarium est, in Corpore fieri multos motus ab eo quod ambit. Horum autem aliquos movere cogitationem & appetitionem; Eam verò jam movere totum animal (rationale & brutum.)

Pag. 24. §. 2. post Verba: *Suntq; Principia actionis humane.*) 1. Deus à quo, ex quo & in quo omnia sunt, quæ sunt, ac moventur quæ moventur, 2. Objecta quæ movent sensus. 3. Sen-

3. Sensus quorum ministerio imagines sive ideæ
feruntur ad Mentem. 4. Mens sive Ratio 5. Affe-
ctus. Dahero das Poetische Gedichte / daß
das obriste Glied der Ketten / daran alle Ur-
sachen der Weltlichen Dinge hangen und zus-
ammen geknüpffet seyn / an Jupiters Stuel
fest gemacht sey / eine gar nützliche Wahrheit
abbildet. vid. Halles d. O. G. H. c. 1. p. 59.

Huc pertinent quæ de Fortuna, Fatô & Pro-
videntiâ Dei inferius supplemento tradita sunt.

*Pag. 25. lin. 2. post verba: quæ enim impellente
principiò extrinsecò.) contranitente voluntate.*

*In fine §. 3.) Liberum hominis arbitrium
diversos habet gradus.*

1. Summa hominis libertas in eo consistit, ut non
nisi ab objectis & inde natis idæis adæquatis
moveatur ad agendum vel fugiendum.

2. Libertas limitatior est, quando homo aliorum
consilio, monitis, persuasionibus, minis mo-
vetur.

3. Maximè restricta libertas est, quando homo
legibus positivis & pœnalibus, quæ ultimò
coactionem inferunt ad agendum vel omitten-
dum flectitur.

Quo spectat illud; Oderunt peccare boni vir-
tutis amore &c Et hi sunt maximè liberi etiamsi
necessariò fugiant. Lubentes enim rectè
agunt.

Qui formidine pœnæ vitium fugiunt, etsi spontè
attamen minus liberè id faciunt.

Et servi sunt qui sunt wie Ross und Maul-Esel
denen man Zaum und Gebiß muß ins Maul
legen / weil sie nicht verständig seyn. Ps. 32. v. 9.

Distinctionem de liberâ & coactâ necessitate vid.
Spin. O. P. Ep. 62. Homo enim semper a cau-
sis externis ad operandum vel quiescendum
movetur. Si lubens, ac motibus suis delecta-
tur adeoque continuationem motûs desiderat,
liberè & necessariò simul movetur. Sin mo-
tibus suis offenditur eosque sistere ac impe-
dire conatur, nec tamen potest, neces-
sariò & coactè ad operandum movetur. E. g.
Si quis Principis iussu curru fertur lubens ad
locum amœnum, eodem verò loco paulo post
invitus in carcerem compingatur; partem mo-
tûs sui necessitate liberâ, alteram partem ne-
cessitate coactâ feret, vel si stuprum inferatur
resistenti vel non resistanti; Hæc necessitate
liberâ, altera necessitate coactâ movebitur.
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.
Senec. Tragic.

Pag. 26. post verba appetunt & fugiunt.) Si In-
fans se lac libere appetere credit, puer autem ira-
tus vindictam velle, & timidus fugam. Ebrius
quoque credit se ex liberò mentis decretò ea lo-
qui, quæ postea sobrius tacuisse vellet. Sic delirans
garrulus, & huj⁹ farinae plurimi se ex libero mentis
decretò agere, non autem impetu ferri credunt.
Dumque animus in dubio, hoc est, quasi æquili-
brio est, levi momentò huc vel illuc impellitur.
Vid. Spin. O. P. c. 62.

Pag.

Pag. 27. §. 5. post verbum, videat.) h. e. quamvis legis non ignarus sit tamen contra conscientiam peccare.

Pag. 27. §. 5. post verba: utpote ab hisce fortius impulsus.) Obj. Eum qui dicit se deteriora sequi, sibi ipsi contradicere cum potius id ipsum quod sequitur, eò tempore, quò illud sequitur, probet, ac pro meliori habeat.

Resp Ita esse, ac sensum ejus dicti esse eundem, ac si quis dicat. Video, quid lex jubeat aut vetet & agnosco id bonum esse, verum quia cupiditate contrarium agendi adeò impellor, ut minus malum mihi videatur pœnam subire quàm cupiditatem non implere, maximè cum spes impunitatis non desit, vel remissionis pœnæ, malo id facere, quod lex deterius esse dicit, & voluptate quæ ex transgressione legis ad me pervenit, frui, quàm malum, quod transgressorem manet, evitare. Idem aliis terminis explicari potest, sequenti modo: Homo sæpius non solum ab objecto naturali, sed & ejusdem temporis successu ab ente morali movetur, quorum illud allicit, hoc absterret. Unde oritur lucta Carnis & Mentis: Carne stante a parte Objecti naturalis, Mente a parte legis. Jam si lex non gravi & inevitabili pœna munita est, Caro obtinet, sin pœna fatis terribilis est, lex fortius movet, saltè sub ratione majoris mali evitandi, quod ipsum rationem habet boni. L. A. S. T. Hippolitus. Act. 1. 175. Quæ memoras, scio, vera esse, nutrix; sed furor cogit sequi pejora: Vadit animus in præceps sciens, remeatq; frustra

sana consilia appetens; Quid ratio possit? vicit
ac regnat furor. *ibid.* Fugienda petimus. sed mei
non sum potens &c. Quocunque gressus tuleris
hac amens agat.

Pag. 29. in fine §. 8.) Ad virtutem enim concurrunt
Natura, Doctrina & Usus.

Obj. Leges, Pœnas ac præmia fore inutiles
ac frustraneas, imò omnem moralitatem tolli, si
homo necessariò agat.

Resp. Negari consequentiam. Leges enim
positivæ & pœnales hominem magis necessitant
sive obligant, ad id quod utile est agendum
quàm objecta, quæ levius trahunt. Verum
enim est illud: Trahit sua quemque voluptas, eam-
que homo necessariò sequitur, nisi lex & pœna
majorem aliter ac certò modò agendi necessita-
tem inferant. Vid. §. 3. & 13. h. e. Unde patet, le-
ges & pœnas non esse frustraneas; Nisi enim
essent neque societas humana futura esset, neque
justitia. Homines enim non nisi objectis moti
& exleges pro diversitate temperamentorum in
diversissima abituri essent. Jam verò legibus po-
sitivis ad uniformem agendi modum obligan-
tur.

Pag. 29. §. 9. in fine.) Vid. Sturmii Philos.
Elect. Dissert. de Artis & Naturæ Sororiâ cogna-
tione c. 3. §. 6. 7. & seqv.

Pag. 37. in fine.) Homines quædam agere ac
statuere quorum Deus autor non est, quæque ra-
tioni & ordini rerum naturali minus congruunt
exemplis infinitis declarari posset. Duo sufficiant.

Con-

Concessit Deus hominibus quâ hominibus do-
minium in animantes ac res communes. Restrin-
gunt autem illud Reges sibiq; sæpius nullô populî
consensu, ex avaritia, solis vendicant jura piscan-
di, aucupandi, venandi, lignandi &c. Jam quæ-
ritur sit ne ejusmodi prohibitio juris communis à
Deo omnibus concessi Divina, an humana sive
tyrannica? Tyrannica certò est, si Rex nullô
Populi consensu, avaritiâ luxuque motus omnia
vel pleraque ad conservationem hominum a Deo
in medio posita ad se trahat, & care vendat mul-
tosque fame prius ac frigore perire sinat, quàm
rebus a Deo datis uti, item si matrimonium cer-
tò tempore sub onere pecuniario prohibeat; En
homines sibi ipsis relictos, En leges merè posi-
tivas & Juri communi & Humanitati adversantes,
En homines à vitiosis affectibus motos, ut sibi so-
lis tribuant, quod Deus commune fecerat,
2. Ratio & Scriptura S. dicitant Deum non
gaudere Cultu Ceremoniali & supersticiosò; Sed
rationali ac reali. Dei ne igitur opus, an ho-
minis stulti & ambitiosi est, cum Reformati in
Gallia ad abnegandam veritatem & celebra-
dam Missam aliasque ineptias vi militari adigun-
tur? En Entium moralium & peccatorum Auto-
res, permittente Deo viribus animi & corporis
a Deo datis abutentes, ineptientes, errantes, ac
crudelitate Deo placere fatagentes. En machi-
nas non digitò Divini artificis sed falsis idæis &
affectibus motas. Hailes de O. G. H. c. 1. p. 37.
38. Semina rerum sunt vicaria & substituti Divinæ
Numi-

4
Numinis instrumenta. Item Der unvergleichliche Archæus vertritt in dem Werke der Fortpflanzung Gottes Stelle ꝛc.

Pag. 38. ab initio §. 1.) Inter Principia actionum sive motuum humanorum recensuimus objecta, quæ movent sensus & affectus humanos. Eaque sunt vel bona vel mala.

Pag. 39. in fin. §. 2.) Summa Criteria quibus homo dignoscit quid sibi verè bonum vel utile, quid verè malum vel noxium sit sunt Voluptas & Molestia cùm Animi tum Corporis: Eaque considerantur vel simpliciter vel comparatè secundum magis vel minus. Unde quatuor resultant Canones secundum quos bonum a malo & malum a bono dignosci possunt.

1. Ea Voluptas quæ nullam annexam habet molestiam simpliciter bona adeoque amplectenda est. e. g. studium sapientiæ & virtutis.
2. Ea Molestia quæ nullam habet annexam Voluptatem simpliciter mala adeoque fugienda est: e. g. morbus & tristitia.
3. Ea Voluptas quæ aut majorem Voluptatem impedit, aut graviolem molestiam parit est comparatè mala adeoque fugienda e. g. libido corporis, & vindicta illicita.

4. Ea

4 Ea Molestia quæ aut majorem molestiam avertit, aut uberiores voluptates creat est comparatè bona adeoque amplectenda e. g. usus remedii amari quo febris fugatur, & sanitas recuperatur, aut virtutis via ardua. Secundum hos, 4. Canones omnes & singulæ virtutes & vitia in thesi facile dignosci possunt, difficilius in hypothese & applicatione ad individua sive nosmetipsos sive alium quemque. Huc enim quadrat illud: Quot capita tot sensus; Suus cuique mos est: quodque uni molestum, alteri volupe videtur. Circumstantiæ enim variant rem. Prosperum ac felix scelus virtus vocatur. Sontibus parent boni, Jus est in armis, opprimit leges timor. Verum ratio suffragium dans sensui litem hanc dirimit. E. g. Si Patientiam quæ cum molestia conjuncta est, plus molestiæ sequatur quàm ultionem, Patientia non est virtus, sed pusillanimitatis vitium. E contrariò onus quod mutari nequit levius fit patientiâ. Sic interdum bellum periculosæ paci, interdum pax etsi molesta, periculoso bello præferenda, sæpius quoque solitudo societati cuidam præferenda: Sic etiam audacia quædam fortitudinis laudem; quædam temeritatis & vitii notam meretur, prout unam plus voluptatis alteram plus molestiæ manet &c. Quæ duo criteria instar ponderum sunt, quæ cum objectis eligendis vel fugiendis in eadem trutinâ posita ostendunt quid cuique verè bonum, quid verè

ma-

4. Ea

malum, quid virtus, quid vitium, quid ample-
ctendum quid fugiendum sit.

Pag. 40. in fine §. 3.) Vide L. A Senecæ
Trag. Thyesten Act. 2. Regem non faciunt
opes &c. Rex est qui posuit metus. Rex est qui
cupiet nihil, quem non ambitio impotens &c.
Stet quicumque volet potens. Aulæ culmine lu-
brico; Me dulcis faturet quies &c. Illi mors
gravis incubat, qui notus nimis omnibus, Ignotus
moritur sibi. Nil ullis opus equis, nil armis &c.
Item Eundem Hercule Furente Act 1. chorus.

*Pag. 45. §. 6. post verba Intellectualiales vel Mo-
rales)* Aristotelici pro genere Virtutis & Vitii
utuntur vocabulö Habitûs: Habitusque distin-
guunt in Theoreticos & Practicos. Illos porrò
specialibus nominibus, Intelligentiæ, Sapientiæ
& Scientiæ & hos Prudentiæ ac artis insignientes.
Sed cum hæc vocabula multis inanibus litigiis
obnoxia sint, maluimus iis supersedere & termi-
nò extra controversiam positò ac clariori uti scil.
Potentiâ mentis.

Pag. 47. in fine §. 8. ad verbum: superstitio) Quod
contra sæpius olim Religio peperit scelerosâ atque
impia facta &c.

Tantum religio potuit svadere malorum.

Tutemet à nobis jam quovis tempore vatum.

Terriloquis victus dictis dediscere quæris

Quippe etenim quàm multa tibi me fingere
possim

Somnia quæ vitæ rationes vertere possint

Fortunasque tuas omnes turbare timore &c. &c.

Lucr. l. 1.

Pag.

Pag. 55. in fine post verba: quantum Deus ipsi dedit.) e. g. infans qui per leges naturæ perfectior esse nequit, & accedente ætate incrementum animi & corporis capit.

Pag. 63. §. 11. in fine.) Sic salus publica suprema lex est. §. 12.

Entia moralia fiunt per impositionem vid. c. 6. §. 3. Et hæc exercetur per Pacta & Leges Positivas, utpote Entium Moralium prima & summa. De pactis lege Puffendorffium.

Lex positiva est Jussum expressum Superioris, quod Inferiorem ad aliquid agendum vel omittendum, vel permittendum, obligat, propositâ pœnâ & incommodo in contravenientes. Superiores sunt, Parentes, Præceptores, Domini: Summi Imperantes, Eorumque subordinati &c.

Leges Naturæ & leges Positivæ conveniunt & differunt.

Lex Naturæ dicitur & svadet id, quod cuiusvis homini salutare, & dissvadet noxium, ostensô simul bono quod Sapientem & Malô quod Stultum manet.

Lex Positiva verò quædam quæ lex Naturæ dicitur & præterea alia quorum sæpius vix apparet ratio, vel quæ non necessaria, nec communiter utilia sunt subditis injungit aut vetat, additâ certâ pœnâ transgressoribus infligendâ.

Unde

Unde apparet Legem Naturæ sæpius esse ingrediens legis Positivæ, sive Legem Naturæ fieri Legem Positivam accedente autoritate Legislatoriâ & pœnâ positivâ &c.

Mere Positiva Lex autem nihil habet Comune cum Naturali, ac sæpius tyrannidem olet, & jugum est subditorum, cum e contrariò Naturalis semper fundamentum habeat in Convenientia & Disconvenientia rerum cum Naturâ hominis Rationali & Sociali. Sic Decalogus Mosaicus, qui continet Moralia Documenta, formam Legis Positivæ accepit per Mosen, qui ea instinctu Divinò tabulis lapideis insculpsit, ac nomine Dei promulgavit, additis postea multis specialibus legibus directivis, restrictivis, permissivis & pœnalibus quibus tamen præter Israëlitas nemo obligatus fuit. Lex enim eum obligat tantum cui lata est.

Part. 63. post titulum addatur §. 1.) Officii vox duplici sensu venit, vel latiori vel strictiori. Sensu latiori & impropriè officium hominis vocatur, ut agat & appetat omne illud, quod verè utile & decorum ipsi est, contrarium verò fugiat & omittat. Sensu strictiori & magis propriò officium hominis est obligatio illud agendi vel omitendi quod lege positivâ pœnali injunctum vel vetitum est.

Prioris generis officia homini quæ homini incumbunt & Philosophiæ moralis materia sunt.

Officia

Officia magis stricta in Societatibus minoribus & Civili exiguntur.

Honestum nobis idem significat ac Decorum. Ipse Cicero l. 1. de off. c. 27. §. 5. fatetur, facilius intelligi quam explanari posse qualis differentia sit honesti & decori.

Pag. 64. In fine §. 3.)

Vide Ps. 50. Si victimam vis magnificam mihi
Mactare, laudes canta age gratias,
Hac itur ad certam salutem
Hæc superos via pandit axes. Buchn.

Pag. 68. addatur §. 4.)

Ad quæstionem, an homo lege naturæ teneatur se perficere?

Resp. (1.) Hominem seipsum vix perficere posse, sed perfici ab aliis Educatione, Doctrinâ, Exercitatione.

(2.) Hominem naturali instinctu perfectionem sui quidem amare; Sed ad media quæ difficilia plerumque & laboriosa videntur, duci, trahi, & compelli.

(3.) Non omnes homines ad summum perfectionis gradum, cujus capaces sunt, perducere posse. Si enim omnes sapientiæ studio addicerentur, Societas humana consistere nequiret. Quis enim rusticorum, servorum, quis militum, quis opificum & mercatorum partibus fungeretur, quibus animum perficere non vacat, & occasio deest?

B

(4.) In

is esse
Naturæ
te Le-

Com-
n olet,
ò Na-
Conve-
Naturâ
alogus
ta, for-
qui ea
ac no-
tis spe-
rmissi-
aëlitas
bligat

cii vox
i. Sen-
ocatur,
utile &
& o-
iô offi-
l omit-
n vel ve-

homini
a sunt.
Officia

(4.) Incommoda incultus & negligentia
fui, nulla esse alia, quam ut stultus & bardus
idem maneat, & stultitiae ac ruditatis suae incom-
moda ferat. Si enim omnis homo, qui ingenio
suo usus non est, nec ad summam, quam attingere
poterat, perfectionem pervenit, tanquam legis
divinae transgressor aeternis cruciatibus torquen-
dus esset, praestaret brutum natum esse quam ho-
minem. Sed mitius sentire nos, cogit melior
Dei, nostri, ac societatum, rerumque humanarum,
mundique cognitio.

Idem iudicium ferendum de iis, qui se non
omni & optimo modo conservarunt. Media
enim conservationis non semper in omnium &
singulorum potestate sunt: & si optimis ac tutis-
simis quisque uti vellet ac deberet, studio Me-
dico & Philosophiae se totum tradere ac quodvis
periculum fugere deberet, quod quam difficile
factu sit, ostendit, Militum, Venatorum, Nau-
tarum, Peregrinantium aliorumque plurimorum
vitae genus, sine quibus tamen societas humana
salva & beata esse nequit.

Unde patet Deum non magis decrevisse &
velle ut omnes & singuli homines insigniter sa-
pientes sint, ac Sapientiae studio se totos immer-
gant quam ut omnes & singuli Reges vel Impera-
tores sint. Vel ut omnes arbores aequae frugife-
rae, aut omnes agri aequae fertiles sint aut reddi
possint, adeoque in rerum natura acquiescendum
esse, nec ab hominibus plus virtutis exigendum
quam

quàm naturaliter vel moraliter acceperunt aut accipere capaces fuere. Virtutum enim definitiones non sunt leges sed exemplaria veri boni, quod cuivis attingere non licet.

Pag. 69. §. 6. in fine) Sic ad effugiendum lanienam crudelis hostis licet in fluvium se projicere; & opio dolores corporis mitigare etsi eo ipso probabiliter vita brevior reddatur. Quoniam enim Deus movet homines per ideas boni & mali sive per voluptatem & dolorem, probabile est Deum per intolerabiles cruciatus animi vel corporis quosdam à statione vitæ avocare.

Pag. 71. in fine §. 3.) Normam officiorum hominis paucis sic habe: quicquid agis, age motu seriâ consideratione sive cognitione Dei, Tui & Socii. Si Deum nosti, non poteris non Eum amare & colere, quia est Creator & Conservator tuus, & fons omnis boni quo frueris & quod speras. Si Te nosti, non poteris non Te conservare, perficere, multiplicare, in quo consistit Amor & Cultus Tui, sive Voluptas Tua.

Si Societatem nosti Tui similia non poteris non Socium amare, adjuvare, non lædere, mutuum ejus adiutorium expetere, iram & odium ejus vitare, sine Socio enim beatus esse nequis, imò vix subsistere potes: Cognitionis illa vera est Sapientia quam Rex Salomon ante omnia alia sapienter expetiit.

Pag. 76. in fine, post verba, & Cartesium sequatur,) Obj, Intellectum, voluntatem & cogi-

tationes nullâ mensurâ vel ulna distingui nec ullô pondere ponderari posse, uti Corpus; Et inde concluditur, animam hominis esse substantiam Spiritualem. h. e. rem immaterialem. vid. Beckeri Betoverde Werlet p. 2. c. 1. §. 19.

Resp. 1. Mentem esse distingvendam ab operationibus mentis, quæ nil aliud sunt, quàm motus sive actus mentis, adeoque revera immateriales: Sed non propterea Spiritus; Sed modi mentis: quæ ipsa est materialis & melior pars hominis.

2. Quemvis rei modum esse immaterialem non tamen Spiritum.

3. Nec ventum posse ulna mensurari vel ponderari, non tamen esse immaterialem.

Ad quæstionem quando & quomodo anima oriatur?

Re^p. Eam oriri eodem tempore ac modô, quô tota machina humana concipitur; Corpus enim sine anima formari nequit. Eodem enim momento, quo per coitum conceptio fit, semina animi & corporis in uterum deponuntur, ex quibus per fermentationem machina hidraulico-pneumatica humanâ formâ constans existit, quæ quamdiu utero foeminæ adhæret, sanguine materno per venam umbilicalem nutritur & augetur per circulationem humorum ex corpore materno in corpus foetus per umbilicum motorum, qui motus post partum, venâ umbilicali clausâ per propriam infantis respirationem aëre externo

no

no promotam continuatur, accedente per os
succo nutritivo, adeoque anima hominum geni-
torum propagatur per traducem.

De hominum non genitorum creatione
vid. p. 106,

Pag. 78. lin. 2. post verba inter se differunt.)
Vid. Gassend. Dub. & Inst. in Cartes Med. Dubit.
6. pag. 107. pag. 118.

*Ibidem post verba, etiam inter homines muros
& alios.)* Vid. Halles de O. G. H. cap. 1, p. 22.
45. 46.

Pag. 80. post verba vel cogitandum accedat.)
Vide Sturmii Philosoph. Electr. Dissert. de Artis
& Naturæ Sororia Cognatione. c. 3. §. 6. 7.
pag. 417.

Pag. 84 post verba instantias contra Cartesium)
pag. 83. ubi dicit: Per mentem cogitantem h. e.
ab objectis & inde natis idæis motam excitantur
spiritus, agitantur membra, commoventur
affectus, turbatur totus intus homo, propellitur
sanguis in faciem, retrahitur in pectus, homo
ecstaticus fit, exanimatur &c. quæ omnia corpo-
ræ naturæ argumenta sunt. Et sanè mens æque
parum sine ventris officio subsistere potest ac reli-
qua membra hominis, cum fingente Æsopo,
ventri bellum indixissent. Qui non vult crede-
re, faciat experimentum paucorum dierum, &
sentiet deficiente nutrimento, chylo, sanguine,
& spiritibus, mentem simul cum corpore defectu-
ram & tandem perituram.

Pag. 89. Obj. 2.) Omnia mors poscit, lex est, non
pœna, peric

Hic aliquo mundus tempore nullus erit.

Pag. 96. in fine addatur.) NB. Providentia Dei
non fert magis & minus. Neque in Deo ejusq;
attributis ulli gradus concipi possunt: Ab æter-
no fuit, & est ac erit æternum providentissimus,
legesque quas creaturis impressit sunt æternæ.
Hinc vana est distinctio inter providentiam Uni-
versalem & particularem: quasi Deus modò at-
tentior, modo remissior foret in regimine mun-
di, Ortum debet hæc distinctio stupiditati vel
ignorantiæ hominum non semper cognoscenti-
um seriem & concursum causarum, ac pro mo-
dulo ingenioli sui æstimantium connexionem
rerum vel arctiorem vel laxiorem. Quæcunque
enim in tempore fiunt, ea fiunt secundum Leges
Dei æternas; Naturalia naturali; Moralia mora-
li necessitate, omnia ab æterno gubernante Deo.
Non vi actuum Imperatorum, qui inferunt cor-
rectionem vel mutationem decreti æterni ac per
consequens imperfectionem Dei, quasi precibus,
ira aut odio moveri posset ad restrictionem aut
extensionem legum æternarum & immutabilium,
aut quasi non omnia quæ fiunt in tempore æter-
no decreto voluisset. Solidè de hac re loquu-
tus D. Hieronymus, Ceterum, inquit, absur-
dum est, ad hoc Dei deducere majestatem, ut sciat
per momenta singula, quot nascantur culices,
quotve moriantur, quot cimicum, & pulicum
& muscarum sit in terra multitudo; quanti pisces

in.

in aqua natent, & qui de minoribus majorum
prædæ cedere debeant. Non sumus tam fatuū
adulatores Dei, ut dum potentiam ipsius ad ima
detrahimus, in nos ipsos injuriosi simus, eandem
rationabilium quàm irrationabilium providen-
tiam esse dicentes. Gassend. A. in E. P. p. 374. &c.

*Pag. 97 §. 2. post verba & reguntur.) Circa
quasdam materias.*

Ibid. post verba: scire integrum est, addatur.)
Dar seynd wiederumb andere Dinge / deren
die Schrift nicht gedencket / und die doch
durchs Licht der Vernunft bekant seyn. vid.
Beckeri B. W. p. 2. c. 1.

Pag. 101 §. 4. post verba: parte 2. cap. de fide.)
Item Beckeri Betovv. W. p. 1. c. 24.

Pag. 104 in fine §. 8. add.) Vid Halles de O.
G. H. cap. 3, p. 104. Die Meinung daß die
Welt in der Ewigkeit ihres Wesens und ihrer
Wahre von dem allmächtigen Gott als ihrer
Ursach herkomme und herrühre / kan besser ge-
duldet werden / als ꝛc.

Nulla creatura est æterna, quia est modus
essentiæ Divinæ in tempore existens, sed aliquid
ejus quatenus nimirum est ex Deo à Deo & in
Deo est æternum.

Universum, quod ipse Deus est, est æternum.
Sed Mundus Globus terrestris, & singulæ res
creatæ non sunt æternæ, quia nil aliud sunt quàm
diversæ modificationes Universi in tempore exi-
stentes. Si Deus essentiâ suâ est infinitus & im-
mensus uti revera est, non potuit aliquid ex nihilo

creasse, sed omnia ex se ipso creare debuit. Antequam enim Mundus esset nil erat nisi Deus. Absolum enim est, supponere Deum & Nihil, ac si nihil esset aiquid positivi, quod contradictionem involvit. Distinctio operum Dei ad extra & ad intra fundamentô caret & absurda est, quia si Deus fecit aliquid extra se, desuit esse infinitus & immensus.

Ad §. 9 sequentia addantur.) Lucretius lib. 5. p. 252.

Multa modis multis varia ratione coorta

Nam neque de cœlo cecidisse animalia possunt,

Nec terrestria de falsis exisse lacunis

Linquntur ut meritò maternum nomen adeptæ

Terra sit, e terra quoniam sunt cuncta creata

Multaque nunc etiam existunt animalia terris

Imbribus & calido solis concreta vapore,

Quò minus est mirum si tum sunt plura coorta,

Et majora nova tellure atque æthere adulta.

Pag. 106. post verba; qui eum tradere posteris potuisset.) Inter omnes opiniones de ortu primorum hominum qui non geniti fuere ab hominibus, hæc mihi videtur maximè verosimilis. scil. Eos esse factos à Deo tanquam causa prima, mediantibus causis secundis nimirum, 1. Materiâ terrestri sive limo terræ qui semen humano generi procreando aptum continuit. 2. Aquâ limo terræ permixtâ. 3. Calore solis qui Materiam terrestrem & aqueam ad formandum hominem aptam fovit & machinam humanam produxit. 4. Aëre qui humoribus in machina & vasis humanis contentis motum dedit; Sine quo etiamnum homo
geni-

genitus spirare nequit; Talesque homines factos
fuisse plures diversi sexus & diversæ constitutionis,
qui primo rebus juxta se positis se aluerunt, mox
alios cibos sibi convenientes quæsiere &c. Uti
mures & insecta quæ hodierno tempore ex limo
terræ vel simili materiâ nascuntur. Quæ opinio
rationi & experientiæ aliarum rerum creatarum
convenientior est, quàm illa, qua Deus inducitur
hominem immediatè ex terra manibus formans ac
animam ipsi inspirans, postea Evam ex costa Viri
fabricans, cum tamen foemellas brutorum simul
cum maribus ac eodem modo creasset. Vid Halles
de O. G. H. p 354 p 388. Manus & digiti Dei
item halitus quibus in creatione hominum non
genitorum usus est sunt quatuor elementa, quo-
rum ministerio Creator artificiosius operatur
quàm homo digitis. Pf. 104. 108.

*Pag. 107. post verba: quo in statu fertur fuisse
Adamus.)* Notatu dignum est neque Mosen neque
Davidem in Psalmis, neque Salomonem in dictis
& Ecclesiaste, neque Prophetas, neque Evangeli-
stas mentionem facere lapsus Adami & Evæ, Sta-
tusque universaliter corrupti; Sed semper suppo-
nere Homines Sapientes & Stultos, Bonos & Ma-
los, Probos & Improbos, Justos & Injustos, Pœ-
nitentes & Impœnitentes. Præmia & Pœnas. Sic
Abel dicitur justus Matth. 23. v. 35. Cain malus
Gen. c. 4. Gen. 6. v. 9. Noah erat probus c. 7.
v. 1. 2. Gen. 18. v. 25.

Lapsum Adami & Evæ parabolicè intelli-
gendum esse ex capite 3. Gen. clarè elucet, utpote
quod

B5

